This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX Q2NH W

562.

Gp 41.7

INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE
RI
TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY

PHILETAE COI
HERMESIANACTIS COLOPHONII
ATQUE
PHANOCLIS
RELIQUIAE.

DISPOSUIT, EMENDAVIT,
ILLUSTRAVIT
NICOLAUS BACHIUS.

ACCEDUNT
DAN. LENNEPII ET DAV. RUHNKENII
OBSERVATIONES INTEGRAE.

HALIS SAXONUM
IN LIBRARIA GEBAUERIA.
MDCCCXXIX.

Gp 41.7

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908

Ae

18.

110

2. 42*

VIRO

NOBILISSIMO GENEROSISSIMO

C. S. F. STEIN DE ALTENSTEIN

REGIO MINISTRO EXCELLENTISSIMO
OMNIUM DIVINAE HUMANAEQUE SAPIENTIAE
DISCIPLINARUM PER REGNUM BORUSSICUM
FLORESCENTIUM SUMMO GUBERNATORI
LITTERARUM ARTIUMQUE PATRONO
INTEGERRIMO

D. D.
SCRIPTOR.

Fortes creantur fortibus et bonis;
Est in iuvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam:
DOCTRINA sed vim promovet insitam
RECTIQUE CULTUS pectora roborant;
Utcunque defecere mores,
Indecorant bene nata culpae.

HORATIUS CARM. IV, 4, 29 sqq.

Octavus iam delabitur annus, quum in UNIVERSITATE LITTERARUM FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA, TUIS potissimum, VIR EXCELLENTISSIME, auspiciis iuveniliter efflorescente, a praeceptoribus dilectissimis, C. F. HEINRICHIO, A. F. NAEKIO, A. G. SCHLEGELIO, F. T. WELCKERO, viris doctissimis et ingeniosissimis mihique gratissima pietate in sempiternum venerandis, humanitati ac benevolentiae P. I. REHFUESII, Almae Rhenanae Curatoris perillustris, viri de studiis meis meritissimi, intime commendatus, hoc ipso candidissimo bonarum artium fautore intercedente, haud ita longum post tempus insignem TUAM clementiam et ingenuitatem expertus sum. TU quidem mihi summos philosophiae honorum gradus apud illustrem Philosophorum Bonnensium Ordinem rite solemniterque adepto

primum pro innata TIBI generositate ac munificentia novam aperuisti viam, quae me perduceret ad almam Musarum sedem Berolinensem, ab eodem FRIDERICO GUILELMO III. Augustissimo et clementissimo Rege conditam ac denominatam; deinde Regium assignasti munus in Gymnasio Oppoliensi litteras docendi artesque liberales. Quo officio tribus fere annis pro viribus functum ultro Vratislaviam me arcessisti, ut in Gymnasio Regio Leopoldino superiorum ordinum discipulis ad humanitatem artesque ingenuas instituendis laborem meum impertirem. Nunc tandem denuo mihi contigit, ut amicos et collegas reperirem συμφιλολογοῦντας, quos ego sane Oppolii multo aegrius desideravi, quam amoenas RHENI PATRIS convalles, Socratis potissimum dicto me consolatus: Φιλομαθὴς γάρ εἰμι· τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δέν-

θεα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. Praeterea TU, vir nobilissime, liberaliter concessisti, ut ab illustri Philosophorum Vratislaviensium Ordine veniam impetrarem de litteris Graecis, Latinis atque Theotiscis lectiones habendi academicas.

Longum est cuncta recensere quae TU in me contulisti beneficia; sufficit enim aperte et ingenue confiteri me nunquam destiturum, quin TUAM erga me clementiam et benignitatem iusta pietate memorique mente persolvere contendam. Gratissimus igitur ferebat animus, ut hoc opusculum, in quo exigua Graecorum poesis elegiacae naufragia religiose diligenterque collegi, intimae venerationis ac pietatis pignus TIBI consecrarem. Noli tamen moleste ferre, si quid vires oneri subinde impares et subsidiorum litterariorum per temporis spatium satis am-

plum extrema paene inopia desiderandum reliquerint, aut mihi ipsi impertire, si quid a voluntate mea alienum fuit.

Iam denique vale, VIR EXCELLENTISSIME, neve quam hactenus mihi advertisti gratiam et favorem in posterum mihi detrahe, nisi egomet ipse (quod DEUS prohibeat!) integrum litterarum artiumque studium vel aliquantulum dimiserim.

Scr. VRATISLAVIAE mense Ianuario anni MDCCCXXIX.

PRAEFATIO.

Mimnermi elegorum eroticorum reliquias, quas ante triennium singulari cura tractandas mihi sumpseram, nunc illius excipiunt aemulatores elegantissimi, PHILETAS COUS, HERMESIANAX COLOPHONIUS atque PHANOCLES, aetatis Alexandrinae poetae elegiaci iidemque amatorii. Sicut Mimnermus vitae humanae fragilitatem ac brevitatem, rerum inconstantiam ac levitatem, amoris desideria flagrantissima eademque, ut videtur, inania atque irrita carminibus elegiacis conquestus erat; ita *post etiam versibus impariter iunctis inclusa est voti sententia compos.* *) Iam pri-

*) Horat. A. P. 75 sq. Acutissime in hunc locum commentatus est Fr. Schlegelius Operum IV p. 49. „Die Muse der spätern Elegie, welche die sonst das Aeltere gern vorziehenden Griechen am höchsten schätzten, und die Römer mit Bewunderung nachbildeten, ist *die befriedigte Sehnsucht, die glückliche Liebe.* Sie ist ganz der Anmuth geweiht und der Leidenschaft; nachlässig hingegeben und in weiches Gefühl aufgelöst, wie sie ist, liebt sie erotische Tändeleyen und verirrt auch wohl in ganz sinnliche Schilderungen." — cf. id. p. 56. „Ueberhaupt würde man sehr irren, wenn man glaubte, der Liebe der alten Poeten, die freylich nicht so durch die Gefühle der Ehre und die Bilder himmlischer Reinheit in das Gebiet des Geistigen gesteigert war, wie die roman-

mum igitur animum advertamus huius aetatis fragmentis elegiacis et colligendis et illustrandis, qua quidem aetate ars elegiaca ex ipsorum veterum iudicio ad summum venustatis elegantiaeque provecta erat fastigium. Neque immerito Fridericus Schlegelius eximiam censet istis fragmentis impendendam esse curam, propterea quod ad Romanorum carmina elegiaca, quibus melior favit fortuna, propius accedant, neque tamen inde ad vetustiorem Graecorum poesim elegiacam respicere oculi plane prohibeantur. *)

Subsidia, quibus in hac opera uti oportebat, varii sunt generis. Prae cete-

---

tische, habe irgend ein Reiz gefehlt, den die geistreichste Geselligkeit, die reizbarste Leidenschaftlichkeit bey gebildeter und schöner Sinnlichkeit und ein zartes Gefühl verleihen können."

*) Operum IV p. 56. „Die Bruchstücke dieses letzten (Alexandrinischen) Zeitalters, in welchem die elegische Kunst nach dem Urtheile der Alten ihren Gipfel erreichte, verdienen zunächst eine vorzügliche Aufmerksamkeit, weil sie der vollständiger erhaltenen und uns bekannten römischen Elegie näher liegen, und doch von diesem Standpunkte aus, die Aussicht auf die ältere griechische Elegie nicht meh so ganz entfernt ist. Auch sind die Bruchstücke glücklicherweise von der Art, dafs sie viel Stoff und Veranlassung zum Nachdenken über die eigentliche Natur der alten Elegie geben können, die hier schon auf Nebenwege auszuweichen und lustzuwandeln scheint; und doch, wenn erotische Anmuth und Bildung die Seele der spätern griechischen Elegie sind, kann wohl nichts elegischer gefunden werden, als das wunderschöne Bruchstück des Hermesianax."

ris inspiciendi fuerunt libri, in quibus poetarum fragmenta conservantur: huc imprimis referuntur Athenaeus et Ioannes Stobaeus, ex quorum hortulis plurimi decerpti sunt flores elegiaci. Utriusque scriptoris editiones praestantissimae et novissimae, ab Ioanne Schweighaeusero, Guilelmo Dindorfio, Ludovico Heerenio, Thoma Gaisfordio paratae, in promptu fuerunt. Accesserunt aliorum virorum doctorum, et emendationes et observationes, quarum paucis mentionem faciemus.

I. *In Philetam.*

1) *Philetae Coi Fragmenta quae reperiuntur. Collegit et notis illustravit C. Ph. Kayser. Praefixa est Epistola Ch. G. Heynii ad Io. G. Schlosserum. Gottingae* 1793. 8.

Quid super hac collectione statuendum sit, extremis labiis degustare non sufficit; itaque lector benevolus, quae subinde in Kayseri nuper ad superos evecti rationes criticas et exegeticas ipso iam superstite commentati sumus, inspiciet nostramque cum illius comparabit sententia.

2) *C. F. Heinrichii Observationes in auctores veteres. Hanoverae* 1794. 8. inde a pag. 50 — 58.

Cui libello quantum debeat Philetae et Hermesianactis explicatio, suo loco religiose declarabitur.

3) *Fr. Iacobsii Animadversiones in Anthologiam Graecam.* Vol. I. P. 1. p. 387 — 395.

II. *In Hermesianactem.*

1) *Adr. Heringae Observationum* criticarum liber sing. Leovardiae 1749. 8. p. 280. 283.

2) *Io. Dan. Lennepii Animadversiones ad Coluthum aliosque scriptores veteres.* Lib. III cap. 8. p. 161 — 171.

Has animadversiones, Coluthi editioni ab eodem Lennepio paratae (Leovardiae 1747. 8.) annexas, extremo hoc opusculo una cum Ruhnkenii annotationibus repetendas curavimus.

3) *Dav. Ruhnkenii Appendix ad epistolam criticam* II p. 283 — 299.

Quae quidem annotationes primum in lucem prodierunt in editione Hymni Homerici in Cererem (Lugduni Bat. 1782. ed. 2 ib. 1808. ed. 3 Lipsiae 1827. 8.) repetitae in Ruhnkenii Opusculis Vol. II p. 615 sqq.

4) *Hermesianax, sive Coniecturae in Athenaeum atque aliquot poetarum Graecorum loca, quae cum corriguntur et explicantur, tum carmine donantur. Auctore Stephano Weston. Londini* 1784. 8.

Huius libelli cognovimus nihil nisi Excerpta quaedam in Athenaei editione Schweighaeuseriana prolata; quod ne aegrius ferremus plurimum contulit Richardi Porsoni censura sagacissima, quam suppeditant eius *Tracts and miscellaneous criticisms*

ed. Th. Kidd. p. 38—42. unde eam repetemus, ut suo quisque fruatur iudicio:

„The author of this book, in a prooemium, where he explains the nature of his undertaking, has the following paragraph: *Tota artis criticae materia in tres partes distribuitur, ut debeat monstrare primum principia et causas scribendi, deinde de consuetudinibus, praescriptis, moribus, elocutionibusque versari, quae historica appellari solet; denique de correctione agere ex collectionibus MStorum, optimisque editionibus librorum impressorum exquisitae, necnon de coniecturis tractare, varia eruditione et editorum acumine excogitatis, quam hypotheticam appellare possumus.* In this publication, Mr. *W.* professes to deal only in the hypothetical sort of criticism; and forther observes, *plus in bonâ* (coniecturâ) *laudis, quam in malâ vituperationis esse.* Whether he will have any cause to avail himself of this plea, my readers may determine for themselves, from the specimens I schall hereafter produce. It must be owned, even by those who disapprove of his coniectures, that they are often supported with learning and ingenuity, and thy who are dissatisfied with his criticisms cannot complain of his want of civility, that great opprobrium of the sect. But, generally speaking, there is not that felicity in his emendations, which instantly compels the reader's assent, and supersedes the necessity of a long defence, or explanation. Mr. *W.* is somewhat unlucky in setting out with a fragment of Hermesianax, (Athenaei p. 597.) which has come down to us in so wretsched a state, that, after the labours of the best critics, Casaubon, Heringa, Ruhnkenius, etc. it still abounds with corruptions. It is not, therefore, to be wondered at, if Mr. *W.* has done but little towards to restoring this fragment to its first integrity. His best coniecture is, I think, that on vs. 83. I shall, therefore, transcribe the lines. After enumerating the must famous poets that were lovers, Hermesianax proceeds to shew, that even philosophers, in spite of their gravity, were *the sons of women.* *Οὐδὲ μὲν οὐδ' ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐστήσαντο, Ἀνθρώπων, σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην, Οὐδ' οἱ δεινὸν ἔρωτος ἀπετρέψαντο κυδοιμὸν Φαινόμενον, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ'*

ἡνίοχον. For οὐδ' οἱ δεινὸν, to avoid the repetition of the same word, Mr. *W.* reads, Οὐδ' οἷδ' αἰνὸν. This seems perfectly right (though not having either Lennep or Ruhnkenius at hand, I am not certain whether this conjecture has been anticipated or not); but in the verses immediately following, Mr. *W.* is less happy. I shall quote the passage, and, for particular reasons, subjoin in Latin commentary."

Hunc commentarium Latinum nostris Annotationibus suo loco inseruimus.

5) *Heinrichii observationes in Auctores vett.* p. 25 — 49.

6) *C. D. Ilgenii opuscula philolog.* Vol. I p. 247 sqq.

7) *Leontii Carminis Hermesianactei Fragmentum emendatum et Latinis versibus expressum a F. A. Riglero et C. A. M. Axtio. Coloniae* 1828. 16.

Hunc libellum, nostris Commentariis iam ad umbilicum adductis, primum oculis oblatum, editores ita adornarunt, ut, versibus Latine etiam iisque satis eleganter expressis, interpretum prope partibus defungerentur, et supersederent scribendis Annotationibus, quibus res illustrarentur. Neque cetera quae adhuc supersunt Hermesianactis fragmenta adiunxerunt, ita ut viri docti parum frugis ex hoc opusculo capere possint. Attamen illorum interpretationem Latinam elegis Graecis dedimus vicinam, multis locis immutatam, ubi aliam aut lectionem aut coniecturam aut explicationem sequuti sumus, hinc illinc viri cu-

iusdam eruditi (in Ephemeridibus Halens. a. 1828. p. 777 sqq.) humeris sustenti.

Accedit denique Godofredi Hermanni Programma (Lipsiae 1828. 4.), in quo tractantur Hermesianactis elegi, illud tamen tum demum in manus meas delatum, quum liber ipse librario iam erat traditus.

III. *In Phanoclem.*

1) *Ruhnkenii Appendix ad Ep. crit.* II p. 299 sqq.

2) *Iacobsii Animadv. in Anth. Gr.* I, 2 p. 224—28.

3) *Rigleri Hermesianax* inde a pag. 27.

Memoratu dignae sunt etiam interpretationes, ex quibus quae lingua Latina conceptae sunt, nunquam oculis perlustravimus elegantissimam (quam perhibent: v. Groddeckii Hist. litt. Gr. II p. 22) a Laurentio Santenio profectam, cognovimus accuratam utriusque poetae ab Axtio et Riglero, Phanoclis a Grotio compositam. Versiones patrio sermone conceptae omnium quum longe venustissimae et elegantissimae tum maxime ad exemplar Graecum accommodatae apparent, quas Aug. Guil. Schlegelius in Athenaeo, Frid. Iacobsius (Leben und Kunst der Alten Vol. I. P. 1. 2.) et Guil. Ern. Weberus (die elegischen Dichter der Hellenen. Frankfurt 1826 p. 278 sqq.) moliti sunt.

Praeterea Fridericus Iacobsius, cuius haesites maiorne sit eximia doctrina, an sincerus animi candor, litteris Gotha Oppolium ad me missis coniecturas aliquot et notitias, ad Hermesianactem imprimis spectantes, liberaliter mecum communicavit.

PHILETAS COUS.

DE
PHILETAE COI VITA SCRIPTISQUE.

PHILETAM [1]) patria fuisse Coum memoriae prodidit Strabo, gravissimus auctor, abs quo Hippocrates dicitur τῶν ἐνδόξων Κώων Κῶος ἀνὴρ, καὶ Σῖμος ὁ ἰατρὸς, Φιλητᾶς τε ποιητὴς ἅμα καὶ κριτικός [2]). Huc referendi sunt etiam Hermesianactis disticha (Fragm. 5, 75 sqq.),

1) Differunt libri Graeci in scribendo hoc nomine, quorum optimi exhibent Φιλητᾶς, alii Φιλήτας, alii Φιλίτας. In Photii Bibl. p. 319 b. ed. Bekker. Cod. A praebet φιλῆταν, B φιλήταν, ς φίλητα. Praeterea ob scripturae compendium saepius permutantur nomina Φιλητᾶς, Φιλήμων, Φίλων, Φιλίας, Φιλίας, Φιλτίας, quorum posthac singularis fiet mentio. cf. Meinekii praef. ad Menandri et Philem. Reliquias p. IX sq. Im. Bekkerus aliique philologi recentiores, Codicum auctoritate potissimum innisi, praetulerunt τὸ περισπώμενον Φιλητᾶς. cf. Buttmanni Gramm. Gr. I p. 149. Lectionem Φιλίτας Schweighaeuserus ad Athen. XI p. 483 A. merito ex itacismi contagio profectam esse censet. cf. Bentleius ad Callimachi fragm. T. I p. 489.

2) Strabo XIV, 2, 19. p. 657. Accedunt Athenaeus compluribus locis, Aelianus V. H. IX, 14. Suidas s. v. aliique scriptores, quos omnes excitare longum est. Propertius et Ovidius *Philetam κατ' ἐξοχὴν* designarunt nomine *Coi poetae*.

quibus narratur cives suos Philetae statuam posuisse aeneam:

Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται,
Κῷοι, χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ,
Βιττίδα μολπάζοντα θοὴν περὶ πάντα, Φιλητᾶν
ῥῆματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.

Maior difficultas offertur in Epitaphio Bionis (III, 98 sq.), in quo Moschus post alios poetas Philetam quoque inducit Bionis fatum deplorantem:

ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἀλεντι Φιλητᾶς.

Iam primum quaeritur, quinam sint *πολῖται Τριοπίδαι*. Moschi Scholiasta non certum quidquam et exploratum, sed suam tantummodo opinionem protulisse putandus est, quippe qui vocem ita quidem explicuerit, ut sit *φυλῆς ἐν Κῷ ὄνομα*, verum caute etiam adiunxerit, *ὡς οἶμαι*. Sed quoniam aliunde meliorem lucem frustra expectavimus, hodie saltem acquiescamus in istac interpretatione, vero haud ita absimili. Deinde scrupulum haud mediocrem iniecit Ἄλεντος fluvii commemoratio, quem Theocritus (VI, 1) posuit in Sicilia. Neque Scholiastae in hunc locum animadversio sufficit huic difficultati expediendae, immo maiores etiam excitat turbas: Ἄλευς ἢ δῆμος τῆς Κῶ, οὕτω καλούμενος ἀπό τινος Ἄλεντος, ἢ τόπος ἐν Κῷ οὕτως ὀνομαζόμενος ἀπὸ Ἀλεντίου τινὸς βασιλέως· ἔστι δὲ Ἄλευς καὶ ποταμὸς Σικελίας. Iam si reapse tribus sive locus quidam in insula Co nominabatur Ἄλευς, eiusdem nominis in eadem insula statuendus est fluvius, aliunde hucusque ignotus. Quae quum ita essent, *πολίτας Τριοπίδας* separatam insulae partem, unde fortasse ipse oriundus Philetas, incoluisse oportuerat. Et sicut Hermesianactis *Εὐρυπύλου πολιῆται* totius insulae cives denotant, ita Moschi *Τριοπίδαι* ad partem tantummodo respiciunt.

Levioris momenti sunt ea, quae in Scholiis ad Theocritum (VII, 40) leguntur: Ὁ δὲ Φιλητᾶς, *Κῷος τὸ*

γένος, ἢ, ὡς ἔνιοι, Ῥόδιος, υἱὸς Τηλέφου. ποιητὴς δὲ ἦν καὶ οὗτος. Nimirum quod alii Philetam *Rhodium* fuisse dixerunt, id sane hunc in modum licet explicari, ut poetam in Rhodo insula aliquamdiu commoratum esse ponamus.[3])

Philetas patrem habuit Telephum[4]) eumque grammaticum[5]), qui, ut videtur, ipse filii praeceptor, ad alenda illius studia critica plurimum contulisse putandus est.

Philetam porro Philippo et Alexandro Macedoniae regibus iam vixisse memoriae prodiderunt Suidas et quae illum auctorem plerumque sequitur Eudocia.[6]) Iidemque Lexicographi Philetam Ptolemaei Secundi Philadelphi praeceptorem fuisse tradunt[7]), quem quidem regni Aegyptiaci gubernacula tenuisse constat inde ab Olympiade CXXIV, 1 usque ad CXXXIII, 3. Suffragatur insuper testimonium Grammatici, qui Arati vitam descripsit (T. II p. 442 ed. Buhl.), quem tamen ipsum floruisse ait ἐν τοῖς χρόνοις κατὰ Φιλάδελφον τὸν βασιλέα· συνήκμαζε δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλικῷ καὶ Φιλητᾷ καὶ Διονυσίῳ τῷ φιλοσόφῳ, εἰς Ἀθήνας μεταθεμένῳ. Accedit, quod Philetam Menandri quoque et Callimachi aequalem fuisse in altera eiusdem Arati vita enarratur (T. I p. 3.) Συνήκμαζε δὲ (Ἄρατος) Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ καὶ Καλλιμάχῳ καὶ Μενάνδρῳ καὶ Φιλητᾷ. Poeta Cous Hermesia-

---

3) Vide ad Mimnermi Reliquias p. 1.

4) Suidas s. v. Proclus in Photii Bibl. p. 319 b. τὸν [γοῦν] Τηλέφου, Φιλητᾶν τὸν Κῷον. Schol. ad Theocrit. VII, 40. ubi Vat. 3. perperam Τηλεφίλου pro vulgata eaque vera lectione Τηλέφου.

5) V. Villoisoni Prolegg. ad Homeri Schol. Iliad. p. XXVIII.

6) Suidas v. Φιλητᾶς — ὢν ἐπί τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου. Eudocia in Violario, Villoisoni Anecd. I. p. 424 minus eleganter ἐπὶ Φιλίππου καὶ Ἀ.

7) l. c. ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου.

nactis etiam fuit amicus et familiaris, uterque natu maior, quam Nicander (hic autem floruit circa Olympiadem CLV usque ad CLX.) teste Scholiasta ad Theriacorum vers. 3. *Ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν· — οὐ δύναται δὲ Νίκανδρος μνημονεύειν τούτου διὰ τῆς προσφωνήσεως, διὰ τὸ τὸν Φιλητᾶν πρεσβύτερον εἶναι Μενάνδρου. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Νίκανδρος μέμνηται τοῦ Ἑρμησιάνακτος ὡς πρεσβυτέρου ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν.*

Dein Philetas praeceptor fuit Theocriti, poetae bucolici, et Zenodoti Ephesii, poetae epici et grammatici, quorum uterque floruit, quum Ptolemaeus Lagi Aegypto imperavit. Scriptor anonymus in Theocriti Vita: *Θεόκριτος*, inquit, *ὁ τῶν βουκολικῶν ποιητὴς, Συρακούσιος ἦν τὸ γένος, — ἀκουστὴς δὲ γέγονε Φιλητᾶ καὶ Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει. ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λαγωοῦ.* Atque ipsius Theocriti verba (VII, 37 sqq.), ad quae respicit Scholiasta, ita se habent:

> *Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοῖσαν καπυρὸν στόμα· πᾶμὲ λέγοντι*
> *πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθὴς,*
> *οὐ Λᾶν· οὐ γάρ πώ κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐσθλὸν*
> *Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητᾶν,*
> *ἀείδων· βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὣς τις ἐρίσδω.*

Suidas v. *Ζηνόδοτος, Ἐφέσιος, ἐποποιὸς καὶ γραμματικὸς, μαθητὴς δὲ τοῦ Φιλητᾶ, ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου.* Nunc autem supra iam vidimus Philetae discipulum, Ptolemaeum Philadelphum, ex eadem qua praeceptor insula oriundum. Ita quidem facile quis possit induci, ut Philetam in patria scholas habuisse publicas arbitretur, neque est quod subtilius huic sententiae opponatur. Nempe Theocritum quoque in hac insula aliquando hospitem degisse narratur in Argumento ad eiusdem Idyll. VII. *Ἐπιγράφεται τὸ μὲν εἰδύλλιον τοῦτο Θαλύσια· τὰ δὲ πράγματα ἐν Κῷ· ἐπιδημήσας γὰρ τῇ νήσῳ ὁ Θεόκριτος, ὕστε πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπῆει.* Quum autem Theocritum et Zenodotum ex schola

Alexandrīna profectos esse constet, satis probabile esse videtur utriusque magistrum una cum ceteris viris per omnem Graeciam eruditissimis et clarissimis a Ptolemaeo primo Alexandriam advocatum esse, ubi litteras artesque publice doceret [8]) et Graecae antiquitatis studio operam navaret. Utrum per longum temporis spatium (si quidem vera est quam proposuimus coniectura) in Museo Alexandrino vitam degerit, an mox in patriam redierit, haud facile quisquam hodie ad liquidum perduxit.

Philetas admodum adolescens ad rei publicae nescio cuius (fortasse patriae) gubernacula accessisse videtur, in qua tamen administranda eum propter corporis infirmitatem minus feliciter versatum esse Plutarchus tradit in libro, *An seni sit gerenda res publica* (cap. 15. p. 791 E): *Ὥςπερ οὖν ὁ Πρόδικον τὸν σοφιστὴν ἢ Φιλητᾶν τὸν ποιητὴν ἀξιῶν πολιτεύεσθαι, νέους μὲν; ἰσχνοὺς δὲ καὶ νοσώδεις καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι' ἀῤῥωστίαν ὄντας, ἀβέλτερός ἐστιν, οὕτως ὁ κωλύων ἄρχειν καὶ στρατηγεῖν τοιούτους γέροντας, οἷος ἦν Φωκίων, οἷος ἦν Μασανάσσης ὁ Λίβυος, οἷος Κάτων ὁ Ῥωμαῖος.*

Id quidem satis firmiter ex hoc Plutarchi loco conficitur, Philetae corpus macie et infirmitate quadam extabuisse: at speciem procul dubio commentaticiam prae se ferunt, quae eadem de re copiosius proferuntur apud Aelianum: *Φιλητᾶν λέγουσι τὸν Κῷον λεπτότατον γενέσθαι*

8) Gu. Ern. Weberus in Poetar. eleg. interpr. p. 660. *Seine Gelehrsamkeit* (Philetae) — *bewog auch Ptolemäos den Lagiden, als er seine Herrschaft über Aegypten begründet hatte* (*um 306 vor Ch.*), *ihn seinen Kindern, namentlich seinem Lieblingssohne und nachherigen Erbfolger Ptolemäos* (*Philadelphos*) *zum Lehrer zu geben; seit welcher Zeit er seinen Wohnsitz in Alexandreia nahm* cett. Quod quidem posterius tam disertis ac distinctis verbis enuntiatum unde sumpserit vir sagacissimus, non indicavit. Equidem, quippe tam certis fontibus destitutus, adhuc in coniectura haerebam.

τὸ σῶμα. ἐπεὶ τοίνυν ἀνατραπῆναι ῥᾴδιος ἦν ἐκ πάσης προφάσεως, μολίβδου, φασὶ, πεποιημένα εἶχεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι πέλματα, ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων, εἴποτε σκληροὶ κατέπνεον. εἰ δὲ ἦν οὕτως ἀδύνατος, ὥστε μὴ ἀντέχειν πνεύματι, πῶς οἷός τε ἦν τοιοῦτον φορτίον ἐπάγεσθαι; ἐμὲ μὲν οὖν τὸ λεχθὲν οὐ πείθει· ὃ δὲ ἔγνων ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, τοῦτο εἶπον. [9]) Sed ante omnia indagandi sunt fontes erroris, ad quos eodem duce Aeliano, compilatore magis erudito quam acuto, commode descendere licet. Etenim Welckerus, vir acutissimus, argumentis nemini sano iam amplius obscuris declaravit, permulta mendacia et commenta, quibus virorum et mulierum illustrium splendorem tanquam obscurarent, a Graecorum poetis comicis esse profecta. [10]) Sed cautius agendum est in hocce errorum fonte longius deducendo, ne quis temere ficta esse existimet, quae forte ipsius rationibus adversentur. Itaque ne ab recta via abducamur, certa persequentes vestigia ad calcem decurramus. Nimirum Aelianus: Ἐκωμῳδοῦντο, inquit, εἰς λεπτότητα Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητὴς καὶ Μέλητος ὁ τραγῳδίας ποιητὴς καὶ Κινησίας κυκλίων χορῶν καὶ Φιλητᾶς ποιητὴς ἐξαμέτρων. [11]) Neque inconsiderate haec ab Aeliano prolata esse Aristophanis comprobant versus, ab Athenaeo servati, quos illum ante oculos habuisse neminem fugit

9) V. H. IX, 14. Eadem leguntur apud Athen. XII, 77. p. 552 B. Λεπτότερος [τοῦ Κινησίου] δ' ἦν Φιλητᾶς ὁ Κῷος ποιητὴς, ὃς καὶ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχνότητα σφαίρας ἐκ μολύβδου πεποιημένας εἶχε περὶ τὼ πόδε, ὡς μὴ ὑπ' ἀνέμου ἀνατραπείη.

10) Welcker. Sappho von einem herrschenden Vorurtheil befreyt. cf. Grauerti de Aesopo et fabulis Aesop. diss. p. 23 sqq. et quae dicta sunt a nobis huius scriptionis censuram agentibus in Jahnii Annalib. philolog. II, 1, 4. p. 61 sq.

11) V. H. X, 6. Hinc luce clarius evadit, Kayseri quanta fuerit oscitantia, pag. 21 ad facetum Epigrammatographum provocantis, licet manifesto totius commenti origo ad poetas comicos redeat.

intelligentem: *Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Γηρυτάδῃ λεπτοὺς τοὺς δὲ καταλέγει, οὓς καὶ πρέσβεις ὑπὸ τῶν ποιητῶν φησιν εἰς Ἅιδου πέμπεσθαι πρὸς τοὺς ἐκεῖ ποιητὰς, λέγων οὕτωσί·*

Καὶ τίς νεκρῶν νευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
ἔτλη κατελθεῖν; Β. ἕν' ἀφ' ἑκάστης τῆς τέχνης
εἱλόμεθα κοινῇ, γενομένης ἐκκλησίας,
οὓς ἦσμεν ὄντας ᾀδοφοίτας καὶ θαμὰ
ἐκεῖσε φιλοχωροῦντας. Α. εἰσὶ γάρ τινες
ἄνδρες παρ' ὑμῖν ᾀδοφοῖται; Β. νὴ Δία
μάλιστά γ', ὥςπερ Θρᾳκοφοῖται. πάντ' ἔχεις.
Α. καὶ τίνες ἂν εἶεν; Β. πρῶτα μὲν Σοσυρίων
ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν, ἀπὸ δὲ τῶν τραγικῶν χορῶν
Μίλητος, ἀπὸ δὲ τῶν κυκλίων Κινησίας.

εἶθ' ἑξῆς φησιν·

Ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ᾠχεῖσθ' ἄρα·
τούτους γὰρ, ἢν πολλῷ ξυνέλθῃ, ξυλλαβὼν
ὁ τῆς διαῤῥοίας ποταμὸς οἰχήσεται. *)

Plura exempla ab Athenaeo laudantur, quae suo loco ipse inspiciat lector benevolus. Sed quinam poeta comicus Philetam macie confectum in scenam produxerit, non potest indicari. Quum vero in ceteris nominibus Aelianum auctores comicos accurate sequutum esse ostendimus, eandem religionem illius narrationi impendamus necesse est, quam de Phileta personato litteris mandavit.

Maiorem fortasse veritatis speciem prae se fert narratiuncula, quae Philetam proponit nimiis lucubrationibus misere confectum atque in ipso exquirendo *λόγῳ ψευδομένῳ* [12]) mortem obeuntem: *Κινδυνεύεις οὖν ποτε διὰ*

---

*) Athen. XII, 75. p. 551 A—C. cf. Gu. Süvernii disp. de Aristophanis Nubibus p. 69 sq.

12) Huius formulae dialecticae auctor perhibetur Eubulus Milesius, teste Diogene L. II, 108. *τῆς δ' Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος, ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, τόν τε ψευδόμενον καὶ τὸν διαλανθάνοντα κ. τ. λ.* cf. Menagii Observatt. p. 121 sq.

ταύτας τὰς φροντίδας, ὥςπερ ὁ Κῷος Φιλητᾶς ζητῶν τὸν καλούμενον ψευδολόγον τῶν λόγων, ὁμοίως ἐκείνῳ διαλυθῆναι, ἰσχνὸς γὰρ πάνυ τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις γενόμενος ἀπέθανεν, ὡς τὸ πρὸ τοῦ μνημείου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ·

Ξεῖνε, Φιλητᾶς εἰμί· λόγων ὁ ψευδόμενός με
ὤλεσε καὶ νυκτῶν φροντίδες ἐσπέριοι. [13])

Athenaei et qui eum sequuti sunt scriptorum fons repetendus est ex ipsa hac inscriptione sepulcrali, quae, nisi conficta, ex more inter Graecos pervulgato totius vitae a Phileta extremis potissimum (ut videtur) temporibus transactae quasi imaginem repraesentat: *νυκτῶν φροντίδες ἐσπέριοι* imprimis ad lucubrationes criticas et grammaticas referendae esse videntur, *λόγων* autem ὁ *ψευδόμενος* quum omnino ad studia philosophica, tum maxime ad eiusdem disciplinae partem dialecticam. Nec per se repugnat ista narratio veris rationibus, propterea quod ipsa Philetae macies et imbecillitas, quae procul dubio poetis comicis amplificandi et exornandi materiam suppeditavit, eaque coniuncta cum vehementissima ingenii contentione, eius mortem maturasse videtur.

Ex omnibus, quae hactenus de Philetae vitae rationibus exposita sunt, satis certe colligitur eum natum fuisse in insula Co, patrem habuisse Telephum Grammaticum, eiusque aetatem cadere circa Olympiadem CX atque CXX. Vixeritne etiam, quum Ptolemaeus Philadelphus ad regnum accesserat, expediri non potest. Deinde adolescentulum rei publicae cuidam male praefuisse, ob corporis maciem et imbecillitatem acerbis poetarum-comicorum flagellis perstrictum, denique immodico litterarum studio mortem sibi contraxisse satis probabiliter potest evinci.

Philetam fuisse Poetam eundemque Criticum sive Grammaticum supra iam obiter est dictum. Cuius rei

---

13) Athen. IX, 64. p. 401 E. cf. Suidas v. *Φιλητᾶς*. Hesychii Miles. Vir. Ill. p. 56.

auctor gravissimus est Strabo, qui Philetam designat *ποιητὴν ἅμα καὶ κριτικόν* [14]). Neque mirandum est tale quippiam in aetate potissimum, qua nullus fere reperitur poeta, quin una cum poesi litteris etiam severioribus operam suam impenderit. Huc spectant nomina longe clarissima, Callimachi [15]), Eratosthenis [16]), Apollonii Rhodii, Arati, Nicandri, Alexandri Aetoli aliorumque [17]).

Iam demum animum advertamus Philetae carminibus, quorum praestantissima veteres ipsi iudicarunt elegiaca. Nimirum praeter Callinum Ephesium, Mimnermum Colophonium, poetas elegiacos antiquissimos, atque Callimachum Cyrenaeum Philetam quoque Coum in ordinem poetarum, qui in elegia fuerint principes, olim fuisse receptum demonstrat Procli *ἐκ τῆς Χρηστομαθίας γραμματικῆς ἐκλογή· Λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ [τῷ ἐλεγείῳ] Καλλῖνόν τε τὸν Ἔφέσιον καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ Τηλέφου Φιλητᾶν τὸν*

14) Strab. XIV, 2, 19. p. 657. Suidas v. *Φιλητᾶς· — γραμματικὸς κριτικός. — ἔγραψεν Ἐπιγράμματα καὶ Ἐλεγείας καὶ ἄλλα.* Huc respicit etiam Antigoni Caryst. dictum H. M. c. 23. *Φιλητᾶς — ἱκανῶς ὢν περίεργος.* Ingeniosa extat in hanc rem Gu. Ern. Weberi animadversio ad Eleg. Gr. p. 660. *Unter seinem Vater Telephos, der ein Grammatiker gewesen seyn und sich auch mit Homerischer Kritik beschäftigt haben soll, scheint er zu gleichen Studien geleitet worden zu seyn, welche sich nach dem Geiste jener Zeit nicht minder mit der Poesie vertragen, als in Petrarca und Poliziano.*

15) Strabo XVII, 3, 22. p. 838. *Καλλίμαχος — ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ τὴν γραμματικὴν ἐσπουδακώς.*

16) Lucian. Macrob. c. 27. *Γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην.*

17) Villoisoni Prolegg. ad Homeri Schol. Il. p. XXIIII sq. Heyne de Genio Saeculi Ptolemaeorum, Opusc. T. I p. 99.

Κῷον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου. [18]) Quod attinet ad utrumque poetam posteriorem, Quintiliani etiam audiendum est testimonium: „Tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur Callimachus: secundas confessione plurimorum Philetas occupavit." [19]) Sed nescio an ipse sibi adversetur Quintilianus, si quidem Callimachum atque Philetam in eundem, quo ceteros poetas, canonem receptos fuisse edixerit, quippe qui paullo ante (X, 1, 54) Aristarchum atque Aristophanem, poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegisse affirmaverit. Opem fert Io. Valentini Franckii sagax ingenium, cuius in Procli locum haecce est annotatio (Callin. pag. 28): „Quid? quod ipsa Procli verba: ἀλλὰ καὶ etc. aperte declarant, neutrum esse ab Aristarcho et Aristophane receptum, sed Philetam per-

18) Photii Bibl. p. 319 b. Suffragatur Grammaticus Bibliothecae Coislin. p. 597. Ἐλεγειοποιηταὶ δ', *Καλλῖνος*, *Μίμνερμος*, *Φιλητᾶς*, *Καλλίμαχος*. Tzetzes Schol. ad Lycophr. Vol. I p. 257. Callino omisso: Ἐλεγείων δὲ, inquit, ποιηταί· *Καλλίμαχος*, *Μίμνερμος καὶ Φιλητᾶς*. Loco *τοῦ Καλλίμαχος* legendum videtur *Καλλῖνος* et postremo loco inserendum *Καλλίμαχος*.

19) Instit. Or. X, 1, 58. Ruhnken. Hist. crit. Oratorum Gr. in ed. Rutilii Lupi p. XCVI. „Quo loco quaeri potest, quomodo Callimachus, Apollonii aequalis, in Elegiacorum ordinem venerit? Sed illum fortasse posteriores Critici in numerum redegerunt, sicut Tzetzes in Vita Lycophron. Apollonium in Pleiadem Poetarum varii generis relatum tradit." — At quidni etiam *Philetas*, qui eadem cum Callimacho vixit aetate? Sive falsa est omnis Ruhnkenii coniectura, sive uterque poeta seriore demum aetate in canonem receptus est; bene igitur iudicat Franckius Callin. p. 28. „Nempe Philetam quoque ipsum Alexandrinum et Zenodoti praeceptorem fuisse constat. Ut igitur hic paullo ante Aristarchum et Aristophanem mortuus fuerit, vix tamen in ordinem venire potuit, si poetarum iudices, ut Quintilianus ait, neminem sui temporis in numerum redegerunt."

inde atque Callimachum ab ipso Proclo adiectum. Quanquam haud scio, an Proclus in hoc iudicio sit Longinum secutus, qui in libro, quem *οἱ φιλόλογοι* inscripsit, elegiacos poetas vix potuit praeterire, quemque credibile est neque in veterum Alexandrinorum iudicio substitisse, nec plane hoc neglexisse, ut a Romanis fere factum esse, e Quintiliano I. O. X, 1, 58. non immerito colligas, sed ita potius pronuntiasse, ut Aristarchus et Aristophanes ipsius aetate iudicaturi fuisse viderentur. Hoc tenendum est, neminem praeter Callinum ac Mimnermum ab his duumviris in ordinem esse redactum."

Neque solum Grammatici veteres, quanti valerent Philetae carmina elegiaca, memoriae prodiderunt, sed Latinorum poetarum elegiacorum elegantissimi quique et laudibus sustulerunt et dignum iudicarunt Philetam, quem prae ceteris imitandum sibi proponerent. Ita Propertius IV, 1, 1 sqq. [III, 1, 1]

Callimachi Manes et Coi sacra Philetae
In vestrum, quaeso, me sinite ire nemus.
Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.
Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro,
Quove pede ingressi? quamve bibistis aquam?

Quod quidem accuratius etiam ab eodem exprimitur poeta hisce versiculis:

Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit, aut rerum dicere posse vias?
Aut quid Lucreti prosunt tibi carmina lecta?
Nil iuvat in magno vester amore senex.
Tu Battus memorem Musis imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi. [20])

20) III, 30, 27 sqq. [II, 34, 27] Varie hunc locum tentarunt Philologi. Waardenburg. Opusc. (Harlemi 1812. 8.) p. 247 ita interpretatur: „Tu potius Musis, i. e. carminibus tuis imitere Philetam, doctorem aptiorem, ad ea, quae nunc tibi amanti canenda sunt, melius convenientem, utilio-

Similiter IV, 2, 51 sq. [III, 2, 51]

Talia Calliope, lymphisque a fonte petitis
Ora Philetaea nostra rigavit aqua.

Porro IV, 8, 43 sq. [III, 7, 43]

Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis, Coë poeta, tuis.

Denique V [IV], 6, 3 sq.

Cera Philetaeis certet Romana corumbis
Et Cyrenaeas urna ministret aquas.

Hinc luce clarius apparet Philetam et Callimachum inter Alexandrinos saltem poetas elegiacos fuisse clarissimos.

Carminum elegiacorum a Phileta conditorum argumentum maximam partem fuisse amatorium, quum ipsi poetarum loci modo laudati satis aperte demonstrant, tum maxime perspicitur locis Ovidianis: Remed. Amor. 759 sq.

Callimachum fugito: non est inimicus Amori;
Et cum Callimacho tu quoque, Coë, noces.

Art. amator. III, 329 sqq. ubi inter poetas, qui argumenta erotica tractarunt, laudatur etiam Philetas:

Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poetae,
Sit quoque vinosi Teïa Musa senis.
Nota sit et Sappho: quid enim lascivius illa?
Cuive pater vafri luditur arte Getae,
Et teneri possis carmen legisse Properti,
Sive aliquid Galli, sive, Tibulle, tuum.

---

rem, quam quos tractare soles poetas philosophos." Haec quidem satis quadrant ad sensum, sed repugnant usui sermonis Latini, Schradero et Lachmanno recte observantibus, optimorum scriptorum consuetudinem ferre, ut dicatur *Satius est imitari Philetam.* Unde Lachmanni ingeniosa coniectura: *Tu Battus memorem Musis imitere Philetam.* „Amicam, inquit, Philetae potuit *Batto* dicere; nam idem nomen est *Βαττώ* et *Βαττίς.*"

Huc etiam pertinet Statius Silvar. I, 2, 252 sqq.

hunc ipse Coo plaudente Philetas
Callimachusque senex umbroque Propertius antro
Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis divesque foco lucente Tibullus.

Atque in his carminibus amatoriis poetam cecinisse sive Bittidem sive Battidem amicam testis vetustissimus est Hermesianax, qui Philetam proponit *Βιττίδα μολπάζοντα ϑοὴν περὶ πάντα* (Fragm. 5, 77). Quae hoc loco dicitur *Βιττίς*, apud Ovidium binis locis est *Battis*: Trist. I, 6, 1 sqq.

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetae,
Nec tantum Coo Battis amata suo est,
Pectoribus quantum tu nostris uxor inhaeres,
Digna minus misero, non meliore viro.

Epist. ex Ponto III, 1, 57 sq.

Nec te nesciri patitur mea pagina; qua non
Inferius Coa Battide nomen habes. [21])

Atque ex Philetae *Battide*, quam Ovidius Antimachi *Lydae* proposuit vicinam, satis probabiliter conficitur eandem ferme rationem fuisse carminum elegiacorum a Phileta atque Antimacho compositorum. Iam vero inde a Mimnermi elegis amatoriis, *Nannonis* amicae

---

21) Scaliger ad Propert. III, 7, 44. approbante etiam Lachmanno ad III, 30, 31. apud Hermesianactem pro *Βιττίδα* legendum esse coniecit *Βαττίδα*. Sed nomen *Βιττίς* re vera est Graecum, utpote obvium apud Antipatrum Sidon. 89, 5. in Brunckii Anall. II p. 31. cf. Ruhnken. ad Hermes. l. c. Res, nisi fallor, in medio relinquenda est, donec ad fontes uberiores descendere licuerit. — Tertium Ovidii locum, Amorum I, 15, 12 sq.

Battiades semper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

falso intellexerunt ii., qui *Philetam* suspicati sunt pro *Callimacho*: *Battiades* vocatur *Callimachus* de *Batto*, Cyrenes, urbis patriae conditore.

nomine inscriptis [22]), poetarum elegiacorum principes quosque puellae in carminibus plurimum celebratae quasi dedicasse poemata, ipsa illa testatur Antimachi Lyda [23]), Callimachi Cydippe [24]), Hermesianactis Leontium [25]), Propertii Cynthia [26]). Itaque hunc morem vetustate tanquam sancitum Philetas quoque sequutus, carmina elegiaca sive particulas saltem ex iis decerptas ab amicae nomine *Bittidis* sive *Battidis* inscripsisse videtur.

Quoniam inter Philetae reliquias elegiacas nusquam reperitur puellae nomen, difficillima exoritur quaestio, quaenam particulae ad Bittidem sive Battidem referendae sint. Accedit altera difficultas, quod nonnulla fragmenta elegiaca singularem in fronte habent inscriptionem: *ΔΗΜΗΤΗΡ, ΕΡΜΗΣ, ΠΑΙΓΝΙΑ, ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ,* cetera omni destituta sunt inscriptione, nisi ipsum exceperis nomen Philetae. Peculiares illi tituli eclogasne fortasse quasdam denotent, easque referendas ad totum elegorum corpus, quod inscriptum fuerit *ΒΙΤΤΙΣ* sive *ΒΑΤΤΙΣ*, coniecturari quidem licet, non comprobari argumentis historicis atque criticis. Id sane

---

22) Vide quae diximus ad Mimnerm. p. 20 sqq.

23) V. ad Hermesianact. Fragm. 5, 41.

24) Ovid. Remed. Amor. 379 sqq.

Blanda pharetratos Elegeia cantet amores
Et levis arbitrio ludat amica suo.
Callimachi numeris non est dicendus Achilles,
Cydippe non est oris, Homere, tui.

25) Videsis, quae infra disputabuntur de Hermesianactis carminibus.

26) Inscriptio est haec: *Sex. Aurelii Propertii CYNTHIA monobiblos.* cf. Ilgenii Opusc. p. 254. Lachmanni praef. ad Propert. p. XXIII sqq.

manifestum et apertum est, aliquot hodie etiam superesse particulas elegiacas, suo quamque loco accuratius tractandas, quae distinctum carminum eroticorum prae se ferunt colorem.

Philetam, quem supra iam vidimus Theocriti praeceptorem, excelluisse etiam genere bucolico colligere quis possit ex Moschi Idyll. III, qui inde a versu 86 Hesiodum, Pindarum, Alcaeum, Simonidem, Archilochum, Sapphonem producit Bionis mortem deplorantes, deinde (vs. 94—99) laudat etiam *Βουκολιαστάς*, Asclepiadem Samium, Lycidam Cretensem, Philetam, Theocritum, ipse autem se praedicat *οὐ ξένον ᾠδᾶς βουκολικᾶς·*

Πάντες, ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα, Βωκολιασταὶ
ἐκ Μοισᾶν σεο πότμον ἀναπλαίοντι θανόντος·
κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν
ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι
δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς,
ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
Αὐσονιτᾶς ὀδύνας μίλτῳ μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
βουκολικᾶς, κ. τ. λ.

Βωκολιασταὶ dicuntur poetae ab argumento quod in carminibus tractarunt bucolico. Quinetiam ipse Theocritus (VII, 27. 39 sqq.) tres illos viros ita descripsit, ut ipsius in carmine bucolico antecessores eos fuisse facile contendas. Attamen quum huius rei aliunde nihil enotuerit, hoc fortasse patet effugium, ut Philetam, qualem postea etiam cognoscemus Hermesianactem, in carminibus elegiacis materiam sibi sumpsisse bucolicam confidamus. Quam quidem rem ita probabiliter se habere ex Naekii, praeceptoris praestantissimi, coniectura sagacissima conficitur, quippe qui in Indice Lectt. Acad. Bonnens. aest. a. MDCCCXXVIII luce clarius demonstraverit illos versus (94—99) a Marco Musuro profectos esse, non ab ipso Moscho, cuius lacunam illum supplere voluisse ostendit Zachariae Calliergi editio, in

qua distinctis verbis legitur: *Μάρκος ὁ μουσοῦρος, ἔλεγε τοιαῦτά τινα λείπειν·*

πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα κ. τ. λ.

Atque haec omnia ex Theocriti potissimum carmine septimo hausisse Musurum post Naekii argumenta nemo fere infitias ibit.

Versus elegiacos excipiunt *iambici*, qui tamen quantum commoverint suspicionis hominibus sagacioribus, iusto loco examinabitur.

Praeter carmina imprimis ponderanda Philetae scripta grammatica et critica, ex quibus quae servata sunt fragmenta partim exhibent vocum rariorum interpretationem, (*Ἄτακτα* sive *ἄτακτοι Γλῶσσαι*) partim Lectionum Homericarum ostendunt censuram et explicationem (fortasse sub titulo: *Περὶ τῆς Ὁμηρικῆς Ἐτυμολογίας*).

Denique ratio habenda est operis, ut videtur, historici, cuius inscriptio laudatur *Ναξιακῶν*.

Carminum atque subtilis doctrinae eximiis virtutibus Philetas tantam gloriam adeptus esse videtur, ut cives aeneam ei consecrarent statuam, si quidem vere cecinit Hermesianax fragm. 5, 75 sqq.

Carminum aliorumque ingenii monumentorum a Phileta conditorum summa est haecce:

A. ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ

I. *Ἔλεγοι καὶ Ἑξάμετροι.*

α. Δημήτηρ.
β. Ἑρμῆς.
γ. Παίγνια.
δ. Ἐπιγράμματα.
ε. Ἐξ ἀδήλων εἰδῶν.

II. *Ἴαμβοι.*

B. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΚΡΙΤΙΚΩΝ

α. Ἄτακτα.
β. Περὶ τῆς Ὁμηρικῆς Ἐτυμολογίας.

Γ. ΝΑΞΙΑΚΑ.

DE

PHILETA SAMIO, EPHESIO, MEDICO, SYBARITA.

In Anthologia Graeca duo supersunt epigrammata, quae *Philetae Samio* ascribuntur, poetae aliunde prorsus ignoto, ita tamen comparato, ut non idem fuisse possit, quem genuit insula Cos. Collationis caussa ipsa accuratius inspicienda sunt epigrammata, quorum alterum reperitur inter *Ἀναθηματικά*, alterum inter *Ἐπιθύμβια*.

1.

Anthолog. Gr. Palat. VI, 210. Brunck. Analect. I, p. 189.

Φιλητᾶ Σαμίου.

Πεντηκονταέτις καὶ ἐπὶ πλέον ἡ φιλέραστος

Ad Epigr. 1. Inscriptio Codicis Palatini plena est haec: *ἀναθημ τηῖ αὐτηῖ* [sc. *Ἀφροδίτῃ*] *π ῥ Νικιάδος. φιλητᾶ σαμίου.*

Vs. 1. Cod. Pal. *πεντηκονταέτης*, quod Reiskius, Brunckius et Iacobsius recte emendarunt — *ἔτις*. — „*ἐπὶ πλέον*. P. *ἔτι πλέον* Br. c. Salm. At vide Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 23. Bast. ep. crit. p. 184. Boisson. ad Marin. p. 94. Werfer. in Actis Phil. Monac. T. I p. 258. Infra p. 243 nr. 241. *ἐπὶ μυρία μάτηρ τειρομένῃ*, ubi Br. iterum *ἔτι*. Ap. Arat. Phaen. v. 128 legerim cum Cod. Mosqu. *τοὺς δ' ἄρα λαοὺς Εἰς αὐτὴν ἐπὶ* [vulg. *ἔτι*, quod retinuerunt Vossius et Buttmannus] *πάμπαν ἐλιμπανε παπταίνοντας*. Ibid. 602 distingue: *ἀντέλλει δ' Ὕδρη*

Νικιὰς εἰς νηὸν Κύπριδος ἐκρέμασεν
σάνδαλα καὶ χαίτης ἀνελίγματα, τὸν δὲ διαυγῆ
χαλκὸν, ἀκριβείης οὐκ ἀπολειπόμενον,
καὶ ζώνην πολύτιμον, ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας·
ἀλλ' ἐσορᾷς πάσης Κύπριδος ὀπτασίην.

μὲν ἐπὶ πλέον, ἄχρι παρ' αὐτὸν Κρητῆρα. Etiam Callim. H. in Dian. 55 distinctione iuvandus: *καὶ ὁππότε δοῦπον ἄκουσαν Ἄκμονος ἠχήσαντος ἐπὶ μέγα, πουλύ τ' ἄημα φυσάων.*" IACOBS.

Vs. 2. *ἐκρέμασεν* P. *ἐκρέμασε* Br.

Vs. 3. *τὸν δὲ δι.* P. *τόν τε* Br. — *διαυγῆ χαλκόν, speculum pellucidum*, ut recte interpretatur Iacobsius, nondum rubigine laesum et corruptum. Callimach. Hymn. in Lav. Pall. 21. *Κύπρις διαυγέα χαλκὸν ἔχουσα.* Nonnus Dionys. V. p. 175. *καί ποτε χαλκὸν ἔχουσα διαυγέα τέρπετο κούρη.*

Vs. 5. *πρὸς ἀνδρός* P. *ἄνδρας* Br., quod posterius recepit Iacobsius in Anth. Palat. haecce tamen adiungens: „An dicere voluit ille, esse instrumenta, quorum nomina *a viro* pronuntiari non deberent?" — Id quidem certum in his verbis inesse sensum quendam mysticum, eumque ad instrumenta nescio quae *Ἀφροδισιακὰ* referendum, quae indicari non debent coram viris. Itaque Brunckii coniectura recipienda videtur.

Vs. 6. *ἀλλ' ἐσόρῃ* P. *ἀλλὰ πορεῖ* Br. c. Salm., qui tabulas *τῶν σχημάτων τῶν ἀφροδισίων* intelligebat. Proposui in Addend. T. III. 2. p. 415. *ἀλλ' ἴδ' ὁμῆ πάσης.* Nunc scripsi sensu eodem, sed mutatione longe minore: *ἀλλ' ἐσορᾷς πάσης* . . . Composita *ἐσορᾶν, ἐσιδεῖν* simplicium locum obtinent. Vid. Addit. An. in Athen. p. 69 et 205. Orph. Arg. 786. *ταῦτα δ' ἐσαθρήσας δολίου ἐξέσυτο ὕπνου.* fort. *ἐξέσυτ' ὀνείρου.* In dedicatione illo verbo similiter utitur Callim. p. 612. nr. 24. *καὶ τοὔσδ' ἀντ' ἐσορῆς, μάκαιρα, θύρσους.* IACOBS. — *ὀπτασίην*, Lobeckius coniecit *ὀπλισίαν*, referente Schneidero in Lex. s. v., sine iusta ratione. Hesych. v. *ὀπτασία, θεωρία, φαντασία, θέαμα.*

2.

Anthолog. Gr. Palat. VII, 481. Brunck. Anal. l. c.

Φιλητᾶ Σαμίου.

Ἁ στάλα βαρύθουσα λέγει τάδε· τὰν μινύωρον,
τὰν μικκὰν Ἀΐδας ἅρπασε Θειοδότων.
Χᾶ μικκὰ τάδε πατρὶ λέγει πάλιν· ἴσχεο λύπας,
Θειόδοτε, θνατοὶ πολλάκι δυστυχέες.

Tertius est *Philetas Ephesius*, cuius nihil ad nostram aetatem translatum est, nisi exiguum fragmentum, ex libro sive mythologico sive historico depromptum.

Schol. ad Aristoph. Aves 963.

Φιλητᾶς ὁ Ἐφέσιός φησιν οὕτως· Σίβυλλαι δὲ τρεῖς ἐγένοντο, ὧν ἡ μέν ἐστιν, ὡς διὰ τῆς ποιήσεώς φησιν, Ἀπόλλωνος ἀδελφὴ, δευτέρα δὲ Ἐρυθραία, τρίτη δὲ η Σαρδιανή. καὶ Βάκιδες ὁμοίως τρεῖς, ὁ μὲν ἐξ Ἑλεῶνος τῆς Βοιωτίας, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκάς.

De Bacide plenius fragmentum extat apud eundem Schol. ad Pacem 1071. *Βάκιδες δὲ τρεῖς, ὧν πρεσβύτατος ἐξ Ἑλεῶνος τῆς Βοιωτίας, ὁ δὲ δεύτερος Ἀττικὸς, τρίτος*

Ad Epigr. 2. Cod. Pal. *φιλιτᾶ σαμίου. εἰς μικρὰ τινα θυγατέρα Θεοδότου καιαὶ Θεόδοτην καλουμ.*

Vs. 1. *βαρύθουσα*, recte interpretatur Iacobsius: *Columna, quam statua imposita premit*, ita ut verbum *βαρύθειν* gaudeat significatione passiva. Hesiod. *Ἔργ.* 213. *βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς.*

Vs. 3. *χἄμμικά* P. *χᾶ μικκά* Br.

Vs. 4. *πολλά* P. *πολλάκι* Reisk. et Br. Illud profectum ex compendio litterarum. v. Bastii Diss. palaeogr. p. 842.

Ἀρκὰς ἐκ πόλεως Καφύης, ὃς καὶ Κύδας ἐκαλεῖτο καὶ Ἀλήτης· ὡς φησι Φιλητᾶς ὁ Ἐφέσιος. *)

Quartus fortasse *Philetas* fuit *medicus*, nisi Coum potius poetam eundem medicum statueris, quippe quem perinde conspicere licuerit περίεργον. Etenim Galenus (Oper. T. IV p. 206 ed. Basil.) laudat libellum περὶ διαίτης, qui quum aliis tum Philetae attribuitur auctoribus: Ἐν δὲ τοῖς νῦν ἐνεστῶσι καιρὸς ἂν εἴη τὰς τῶν σιτίων εἰπεῖν κράσεις, ὡς ἐν τῷ διαίτης ἐγράφθη βιβλίῳ, κατά τινας μὲν Ἱπποκράτους ὄντι συγγράμματι, κατά τινας δὲ Φιλιστίωνος ἢ Ἀριστωνος ἢ Εὐρυφῶντος ἢ Φιλητᾶ, παλαιῶν ἁπάντων ἀνδρῶν.

Denique *Philetae* nomen assignatum erat pugili cuidam, *Sybaritae*, qui victor decessit in puerorum pugilatu, ut Pausanias ait V, 8 p. 395. πρώτη δὲ ἐπὶ ταῖς τεσσαράκοντα Ὀλυμπιάσι πύκτας ἐξεκάλεσαν παῖδας, καὶ περιῆν τῶν ἐξελθόντων Συβαρίτης Φιλητᾶς.

---

*) Eadem paullulum mutata repetuntur apud Suidam v. Βάκις, ἐπίθετον Πεισιστράτου· ἦν δὲ χρησμολόγος. Φιλητᾶς δὲ ὁ Ἐφέσιος φησὶ τρεῖς Βάκιδας· ὁ μὲν ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκὰς ἐκ πόλεως Καφύης, ὃς καὶ Κύδας ἐκαλεῖτο καὶ Ἀλήτης. Manifestum est Suidam sua ex Aristophanis Scholiasta consarcinasse, non ipsius Philetae Ephesii scripta ante oculos habuisse. cf. Aeliani V. H. XII, 35 ibique Perizon.

ΦΙΛΗΤΟΥ ΚΩΙΟΥ

ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΦΡΟΝΤΙΣΜΑΤΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

A. ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. ΕΛΕΓΟΙ ΚΑΙ ΕΞΑΜΕΤΡΟΙ.

a. ΔΗΜΗΤΗΡ.

Inscriptio ΔΗΜΗΤΡΟΣ nusquam alibi apparet nisi in Stobaei Florilegio tribus distichis praefixa. Nec vero ex Reliquiarum argumento ad certam coniecturam perducimur, licet Gu. Ern. Weberus in Annotationibus ad elegantissimam poetarum elegiacorum interpretationem (pag. 661) haud inepte suspicatus sit hos Philetae elegos probabiliter inscriptos fuisse *Cereri* filiam ipsi ereptam ubique terrarum conquirenti. Ab hac saltem sententia minime abhorret summa distichorum, quae hodie supersunt.

1.

Stobaei Florileg. CXXIV, 26 p. 617 ed. Gesner.

Φιλητᾶ Δήμητρος.

Ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ χρόνος ἔλθῃ, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν
ἔλλαχε, καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει.

In Cod. A scriptum est lemma *Φιλήτα Δημητρός*, quod emendandum fuit. In ed. Trinc. hoc distichum cum sequenti coniunctum unico comprehenditur nomine *Φιλήτα*.

2.

Stobaei Florileg. l. c.

Φιλητᾶ Δήμητρος.

Καὶ γάρ τις, μελέοιο κορεσσάμενος κλαυθμοῖο,
κήδεα δειλαίων εἶλεν ἀπὸ πραπίδων.

Eadem sententia exprimitur a Critia fragm. 22. *Ὁ χρόνος ἁπάσης ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον.* Sophocl. Electr. 179. *χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός.* Menandri fragm. inc. 131 p. 235 Meinek.

Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
χρόνος ἐστὶν, οὗτος καί σε νῦν ἰάσεται.

Vs. 1. *ἐκ Διός, a Iove,* idem paene quod Latinum *divinitus.* Similiter Hermesianax fragm. 5, 27. *ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει.*

Vs. 2. *πενθέων φάρμακα, dolorum remedia.* Theocrit. XI, 1 sqq.

Οὐδὲν ποτιτὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον,
ἢ ταὶ Πιερίδες. —

Id. XIV, 52.

χὤ τι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος,
οὐκ οἶδα. —

Bion X.

Μοῖσαι Ἔρως καλέοι, Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα φέροιεν,
μολπὰν ταὶ Μοῖσαί μοι ἀεὶ ποθέοντι διδοῖεν,
τὰν γλυκερὰν μολπάν, τᾶς φάρμακον ἄδιον οὐδέν.

Propert. I, 5, 27 sq.

Non ego tum potero solatia ferre roganti,
Quum mihi nulla mei sit medicina mali.

Idem I, 11 (10), 17 sq.

Et possum alterius curas sanare recentis,
Nec levis in verbis est medicina meis.

Id. IV, 16, 3 sq. [III, 15, 3]

Tu potes insanae Veneris compescere fastus,
Curarumque tuo fit medicina mero.

Ad fragm. 2. Huic disticho eadem in Cod. A praefixa est inscriptio, quae praecedenti. — Notanda est symphonia quaedam in utroque versu medio et extremo: *μελέοιο — κλανθμοῖο. δειλαίων — πραπίδων.* Eam quidem in pentametri potissimum et hexametri caesura exituque apparentem inde ab antiquissimis temporibus singulari quodam studio et amore amplexi sunt poetae elegiaci iidemque erotici. Vid. ad Mimnerm. fragm. I, 2. Sed longe maiorem diligentiam atque curam in his aurium illecebris collocasse poetas Alexandrinos certissima rerum monumenta prodere possunt. Philetas infra fragm. 9, 2. *κλήθρην — μακέλην.* 13, 1. *γαίης — θαλάσσης.* ib. 2. *ὥραίων — ἐτέων.* 14, 2. *αὐτὸς — λευκόλοφος.* 22, 2. *Ἰαχαΐον — στέφανον.* — Hermesianax fragm. 5, 6. *μεγάλων — δονάκων.* 8. *παντοίους — θεούς.* 14. *μαλακοῦ — βιότου.* 18. *κρυφίων — λογίων.* 20. *γνωστὴ — Ἀίδῃ.* 21. *Βοιωτὸν — μέλαθρον.* 22. *πάσης — ἱστορίης.* 24. *Ἠοίην — Ἀσκραϊκήν.* 28. *πάντων — μρυσοπόλων.* 30. *πινυτῆς — Πενελόπης.* 33. *Ἰκαρίου — Ἀμύκλου.* 34. *ἰδίων — παθέων.* 36. *μαλακοῦ — πενταμέτρου.* 42. *Παπτωλοῦ — ποταμοῦ.* 58. *τραγικαῖς — χοροστασίαις.* 64. *νυκτερινὰς — ὀδύνας.* 67. *στυγνῶν — κυνῶν.* 74. *μηλείοις — προγόνοις.* 80. *σκολιὴν — σοφίην.* 84. *δεινὸν — ἡνιόχον.* 92. *κουφοτέρας — ἀνίας.* — Phanocles I, 14. *γλαυκοῖς — ῥοθίοις.* 16. *λιγυρῆς — λύρης.* 18. *Ὀρφείην — κεφαλήν.* 26. *στυγεροῦ — φόνου.* 28. *κείνης — ἀμπλακίης.* Haec modo sufficiant: alia ex aliis poetis elegiacis et Graecis et Latinis innumera coacervare licet exempla, quibus probetur non temere istam obviam esse symphoniam.

3.

Stobaei Florileg. CIV, 11 p. 558.

Φιλητᾶ Δήμητρος.

Νῦν δ' αἰεὶ πέσσω, τὸ δ' ἀέξεται ἄλλο νεωρὲς
πῆμα κακοῦ δ' οὔπω γίγνεται ἡσυχίη.

Ad fragm. 3. *Φιλήτα Δήμητρος*, lemma Codicis A, quod prorsus desideratur in Trinc., unde factum, ut Kayserus, Grotii nullam habens respectum, totum distichum omiserit.

Vs. 1. Iacobsio in Anth. Gr. I, 1 p. 393 priora verba, *νῦν δ' ἀεὶ πέσσω*, vitium traxisse videntur. „Putabam, inquit, *νῦν δ' ἄλγος πέσσω*. Successionem quandam malorum, quorum aliud alio excipitur, significat. Priore nondum superato, aliud novum exoritur, neque ullum unquam est intervallum, quo animus pace et tranquillitate fruatur." Profecto extat loquutio *ἄλγεα πέσσειν* etiam fragm. 1. nihilominus egere possumus illa coniectura, propterea quod vocabulum *ἄλγος* aut aliud simile quoddam ex versibus, qui huic disticho praecesserant, hodie deperditis subaudiendum esse videtur. — *νεωρὲς*, Cod. A. B. Voss. *νεαρὲς* Arsen. Vulgo legebatur *νοερὲς*, quod Gesnerus mutandum iudicabat in *νεαρόν*. Iacobs. l. c. laudat Alcaei locum ex Alleg. Homer., p. 15. quem ita emendare vult:

τὸ δ' αὖ γε κῦμα τῷ προτέρῳ νεωρὲς στείχει.

Sed hanc emendationem, utpote quae metro adversetur, non veram esse prodit fragmentum a Blomfieldo maiori cum probabilitate restitutum II, 9 sq.

τόδ' αὖτε κῦμα τῷ προτέρῳ ὅμον
στείχει· κ. τ. λ.

Vs. 2. Vulgo legebatur *οὔπω γίνεται*. Voss. et Arsen. *οὔποτε γίγνεται*. Ex utroque Gaisfordius verum reposuit *οὔπω γίγνεται*.

β. ΕΡΜΗΣ.

In Stobaei Florilegio (CXVIII, 8 p. 599) extat Philetae fragmentum elegiacum, cui titulus praefixus ΦΙΛΗΤΑ ΕΡΜΟΥ[1]), unde facile quis possit induci ad coniecturam, qualem ex rationibus nescio quibus proposuit Kayserus: nimirum ipse sibi repugnat, cui pag. 24 admodum probabile videatur Philetae Ἑρμῆν fuisse carmen elegiacum, idemque pag. 40 in Ἑρμοῦ reliquiis collocaverit particulam ex versibus hexametris constantem, quippe quae in Stobaei Eclogis physicis (V, 4 p. 156 ed. Heeren.) itidem inscripta sit ΦΙΛΗΤΑ ΕΡΜΟΥ[2]). Quapropter Heerenius in Commentatione de Fontibus Eclogarum Stob. pag. 157 vel in eodem carmine metra variasse Philetam, vel sub *Hermetis* titulo plura ab eo comprehensa esse putat carmina minora (quae vulgo dicuntur Εἰδύλλια sive *Eclogae*), metri partim elegiaci, partim heroici. Neque inepta nobis videtur posterior sententia, praesertim quum Aelianus (V. H. X, 6) Philetam laudaverit ποιητὴν ἑξαμέτρων, quibus singulare quoddam carmen condidisse Philetam nemo est qui inter veteres distinctis verbis rettulerit. Quam quidem rem ad liquidum perducere olim conabitur is, qui copiis uberioribus instructus ad Philetae reli-

1) Cod. A. Φιλήτα Ἑρμοῦ. Trinc. simpliciter Φιλήτου. Ἑρμῆς inscriptum fuit etiam poema Eratosthenis, quem eundem vidimus poetam atque grammaticum. cf. Bernhardy Eratosthenica p. 110 sqq.

2) Ita in margine Codd. V, A. E. apud Heerenium.

quias illustrandas se accinxerit: id tamen pro comperto habebis, re vera extitisse Philetae opus, cuius inscriptio fuit *ΕΡΜΗΣ*, auctore potissimum Parthenio (Erotic. cap. 2), qui titulo generali *Περὶ Παλυμήλης* adiunxerit etiam haec verba: *Ἐστορεῖ Φιλητᾶς Ἑρμῆ.* [3])

Accedit altera difficultas, ex qua tamen facilius licet expediri. Namque apud Strabonem (III, 5 p. 168 = 255 B.) Philetae distichum reperitur ex eius *Ἑρμηνείᾳ* depromptum, cuius aliunde nihil omnino memoriae est proditum. Merito igitur Tyrwhittus reponendum coniecit *ΕΡΜΗΙ* vel *ΕΡΜΗΙ ΕΛΕΓΕΙΑΙ*, quod quidem posterius quum per se maxime placet, tum neminem offendet, qui sexcentos huiuscemodi errores ex scribendi compendiis profectos esse didicerit. [4])

Quod attinet ad huius carminis argumentum, ex ipsis versuum reliquiis certa coniectura fieri potest nulla; sed fortasse ex fragmento apud Parthenium in prosam orationem converso satis probabiliter colligi potest, operi immistas fuisse fabulas ab argumento erotico minime alienas, easque in eundem fere modum conformatas, quem hodieque licet admirari in Hermesianactis ampliori frag-

3) Ita saltem legitur in libris et scriptis et editis. Ruhnkenius in Ep. crit. II p. 284 intempestive suspicatus est *φιλητᾶς καὶ Ἑρμησιάνακτ*, quam hariolationem Passovius tali viro prorsus indignam iudicavit.

4) Priorem emendationem proposuit etiam Iacobsius Animadv. in Anth. I, 1 p. 394. Friedemannus ad Strab. „Possis et suspicari *ΕΡΜΗΙ ΛΕΓΕΙ*." Sed hoc minus placet.

mento elegiaco. Etenim Ulixis et Polymelae amores apud Homerum et Mythographos frustra indagabis, quos tamen Philetas cecinisse feratur. Iam vero ex eadem Parthenii narratione Philetam apparet praeter amores cetera quoque Ulixis fata carmine suo persequutum esse, unde suspicionem capere libeat, eiusdem ad inferos descensum (Odyss. λ) intelligendum esse hocce sesquistichio:

Ἄτραπὸν εἰς Ἀΐδεω
ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐνάντιον ἦλθεν ὁδίτης.

Fortasse alterum quoque quod servatum est distichum (fragm. 6) spectat ad Ulixem, utpote quem tali habitu indutum fuisse assumere possis, quali in disticho illo describitur, sive in Meligunide insula sive alibi ita advectum. Ex omnibus igitur, quae nostrae coniecturae relicta sunt, vestigiis conficitur carminis aut summam aut eclogam saltem redisse ad Ulixis fata quum alia tum maxime amatoria. Neque ab argumento erotico abhorrent hexametri (fragm. 7), ad *Ερμῆν* referendi, utpote qui de diis immortalibus eandem proferant sententiam, quam princeps poetarum eroticorum iam dudum elegis incluserat amatoriis [5]). De altero fragmento heroico postea disputabitur.

Quid denique ipsa sibi velit inscriptio *ΕΡΜΗΣ*, adhuc incompertum habemus, nec probabile ex reliquiis repetere licet iudicium. Unicum modo idque lenissimum restat coniectandi vesti-

5) Mimnermus fragm. II, 4 sq.
τερπόμεθα, πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν, οὔτ' ἀγαθόν.

gium, quod tamen nescio an potius ad hariolationem quam ad veritatem deducat. Si re vera totius carminis argumentum spectat ad Ulixis errores, suspicari aliquis possit inscriptionem illam repetitam esse a *Mercurio*, Ulixis adversus Circae veneficia in aliisque fortasse calamitatibus tutore. [6])

1.

Parthenii Erotica c. 2.

ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΜΗΛΗΣ.

Ἱστορεῖ Φιλητᾶς Ἑρμῇ.

Ὀδυσσεὺς ἀλώμενος περὶ Σικελίαν καὶ τὴν Τυρρηνῶν καὶ τὴν Σικελῶν θάλασσαν, ἀφίκετο πρὸς Αἴολον καὶ Μελιγουνίδα νῆσον, ὃς αὐτὸν κατὰ κλέος σοφίας τεθηπὼς ἐν πολλῇ φροντίδι εἶχεν· τὰ περὶ Τροίας ἄλωσιν καὶ ὃν τρόπον αὐτοῖς ἐσκεδάσθησαν αἱ νῆες κομιζομένοις ἀπὸ τῆς Ἰλίου διεπυνθάνετο, ξενίζων τε αὐτὸν πολὺν χρόνον διῆγε.

---

1. *ἀλώμενος.* Ita primus recte scripsit Galeus pro vulgari *ἁλόμενος*, suffragante Passovio, qui insuper ex Codice Palatino laudat scripturae varietatem *ἀλώμενος*, quam ut complures alias maioris momenti in editione epistolae criticae Bastianae Latina Wiedeburgii oscitantiam omisisse animadvertit, neque supplevisse appendicem a Schaefero edi curatam.

„*ἀφίκετο πρὸς Αἴολον* (cod. constanti vitio *Αἰόλον* hic et in seqq.) *καὶ Μελιγουνίδα νῆσον*, cod. et edd., quae structura quum displiceret Heynio, proposuit *πρὸς Αἴολον κατὰ Μελ. ν.*, aliquanto aptius Bastius *πρὸς Αἴολόν εἰς Μελ. ν.*, ut paullo ante cap. 1 *ἀφικόμενος δὲ εἰς Καῦνον πρὸς Αἰγιαλὸν*, sed neutro opus erat." PASSOVIUS.

„*τὰ περὶ Τρ. ἃ.* cod. et edd. *τά τε π. Τρ. ἃ.*, inutilis est Legrandii coniectura: amat Parthenius asyndeta ex more breviter et raptim narrantis: v. etiam cap. IX, 3." IDEM.

6) Vide Homeri Odyss. *κ*, 275 sqq.

τῷ δ' ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένη. Πολυμήλη γὰρ, 2
τῶν Αἰολίδων τις ἐρασθεῖσα αὐτοῦ κρύφα συνῆν. ὡς δὲ
τοὺς ἀνέμους ἐγκεκλεισμένους παραλαβὼν ἀπέπλευσεν, ἡ
κόρη φωράταί τινα τῶν Τρωϊκῶν λαφύρων ἔχουσα καὶ
τούτοις μετὰ πολλῶν δακρύων ἐναλινδουμένη. ἔνθα ὁ 3
Αἴολος τὸν μὲν Ὀδυσσέα, καίπερ οὐ παρόντα, ἐκάκισεν,
τὴν δὲ Πολυμήλην ἐν νῷ ἔσχεν τίσασθαι. ἔτυχεν δὲ αὐ-
τῆς ἠρασμένος ὁ ἀδελφὸς Διώρης, ὃς αὐτὴν παραιτεῖταί
τε καὶ πείθει τὸν πατέρα αὐτῷ συνοικίσαι.

---

2. „αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένῳ, ita scripsisse Parthenium primus intellexit Paul. Leopard. emend. IV, 24. post eum Legrand. ἡ μονὴ ἡδομένη, cod. quod quamvis Schaeferus ad Greg. Cor. p. 377. pro ἀσμένη, ἀρέσκουσα, dici posse existimet, servare dubitavi." ID. Elegantior quidem virorum doctorum coniectura, sed nescio an non verior, praesertim apud scriptorem, qualis est Parthenius, serioris aetatis: quam ob rem in Schaeferi suspicionem pedibus eundum videatur.

ὡς δὲ τοὺς ἀνέμους κ. τ. λ. Huc spectat Homer. Odyss. κ, 19 sq.

δῶκέ μοι ἐκδείρας ἀσκὸν βόος ἐννεώροιο,
ἔνθα δὲ βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.

„ἐναλινδουμένη, Bastius, codicis vestigia premens, in quo ἀλινδουμένη scriptum: καλινδουμένη, edd. ἐγκαλινδουμένη, Legrand. et Heynius." PASSOV.

3. Αἴολος ἐκάκισεν. Etiam apud Homer. l. c. 72 sqq. Αἴολος τὸν Ὀδυσσέα ἐκάκισεν, sed prorsus aliam ob caussam. Itaque haec etiam fabula debetur Philetae immutationi.

πείθει, cod. ποιεῖ edd.

2.

Stobaei Florileg. CXVIII, 3 p. 599.

Φιλητᾶ Ἑρμοῦ.

ἀτραπὸν εἰς Ἄϊδεω
ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὀδίτης.

3.

Strabo III, 5 p. 168 = 255 B.

Σφενδόνας δὲ περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς μελαγχρανίας, [σχοίνου εἶδος, ἐξ οὗ πλέκεται τὰ σχοινία· καὶ Φιλητᾶς τε ἐν Ἑρμῇ ἐλεγείᾳ [vulg. Ἑρμηνείᾳ]

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος, ἀμφὶ δ' ἀραιῇ

Ad fragm. 2. Vs. 1. ἀτραπὸς ἄδεω Cod. A. ἀΐδαο B. ἄδεα Vulg. Verae lectionis vestigia suppeditat A, quam antea iam restituerat Scaliger ap. Grotium p. 487. εἰς ἀΐδεω, sc. δῶμα, loquendi ratio apud Graecos tritissima.

Vs. 2. Bene perspexit I. Dousa fil. eandem sententiam exprimere Catullum III, 11 sq.

Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, unde negant redire quenquam.

Addendus est Propertius III, 21, 16. *Concessum nulla lege redibit iter.* Antipater Sidon. CX, 5 sq. Brunck. Anal. II p. 37.

εἰς γὰρ ἄκαμπτον
εἰς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἑνίρων.

Agathias LXXXI, 3 sq. ibid. III p. 63. ὁ θάνατος
μοῦνος ἅπαξ θνητοῖς παραγίνεται, οὐδέ ποτ' αὐτὸν
εἶδέν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον.

Ad fr. 3. Quae cancellis inclusimus, procul dubio a Glossatore, non ab ipso Strabone profecta sunt, unde Coray: Ταῦτα, προδήλως οὐκ ὄντα τοῦ Στράβωνος, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς, ἐξηγήσασθαι βουληθέντος τῆς μελαγχρανίας τοὔνομα, ἀποχωρίσαι τοῦ κειμένου δεῖν ἔγνων.

Vs. 1. λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος, subaudiendum αὐτῷ ἦν, sive *Ulixi* sive cuicunque.

ἰξυῖ εἰλεῖται κόμμα μελαγκράνιον.

ὡς σχοίνῳ ἐζωσμένῳ μελαγκραίνας] ἢ τριχίνας ἢ νευρίνας, sc. ἐνδῦσαι λέγονται πρῶτοι Βαλεαρίδων incólae (cf. Diodor. V, 17 sq.)

ἀραιῇ ἴξυΐ εἰλεῖται. Ita reponenda videtur librorum lectio corrupta ἀραιὴ ἴξὺς εἴλεῖται. Cod. Med. 1. 2. ἴλεῖται. Mosc. ἰλεῖται. Structura est eadem quae apud Homer. Odyss. ε, 231. κ, 544. περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυΐ. Itaque iunge: αὐτὸς δὲ ἀμφιειλεῖται κόμμα μελ. ἴξυΐ (poetice pro ἰξύϊ) ἀραιῇ. Xylander et Casaubonus emendandum esse putarunt ἀραιὰς ἴξῦς εἰλεῖται. Salmasius Exercitt. Plin. p. 186 C. et Toupius Addend. in Theocrit. VII, 18 p. 393 ed. Valck. ἀραιὴν ἴξὺν εἰλεῖται, suffragante Iacobsio Animadvv. ad Anth. Vol. I P. 1 p. 394. Ios. Scaliger apud Tzschuckium ἀραίαν ἴξὺν ἐνειλεῖται.

Vs. 2. Vulgo hic legitur: κόμμα μελαγκραΐνον. Salmasius l. c. ἄμμα μελαγκράνιον, i. e. *cingulus iunceus.* Toupius l. c. *ΖΩΜΑ μελαγκράνιον*, quam emendationem ex sqq. ὡς σχοίνῳ ἐζωσμένον μελαγκραίνας firmari ideoque veriorem esse putat. Sed utraque coniectura habet quo commendetur. Lucian. Asin. c. 9. T. II p. 577 ed. Hemsterhus. ἄμμα κατ' ἰξύος δήσας. Longi Past. I, 4. ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν. Attamen Friedemannus ad Strab. l. c. merito κόμμα retinendum esse putat, confirmatus in ea opinione a Censore Ephemerid. Litt. Lips. 1816. N. 250. p. 1999, qui meliorem explicationem attulerit ex Harpocr. s. h. v. τὰ δὲ κόμματα ἔοικεν εἶναι μέρη τινὰ ἢ τῆς καλάμης ἢ τῶν περὶ τὸν σῖτον αὐτὸν ἐν τῷ στάχυι γινομένων ἢ τῶν ἀνθερίκων. Eadem plene ap. Phavorin. mance ap. Suidam et Lex. Rhet. in Anecd. Bekker. T. I p. 272. Idem Friedemannus de media syllaba Pent. p. 295 constantem omnium Codd. lectionem ita defendit, ut κόμμα de *segmento, funiculo* accipiatur. Librorum lectio μελαγκράϊνον haud dubie profecta est ex inversione litterarum pro vera forma adiectiva μελαγκράνιον, a substantivo μελαγκρανίς, cuius descriptionem praebet Theophrastus H. Pl. IV, 12, 1. καὶ ὁ κάρπιμος [σχοῖνος], ὃν μελαγκρανῖν μὲν καλοῦμεν, διὰ τὸ μέλανα τὸν καρπὸν ἔχειν, παχύτερος δὲ οὗτος καὶ σακωδέστερος. cf. Schneideri Annott. p. 374 sq. Eadem ap. Plin. H. N. XXI, 18, 69. Hesych. v. μελαγκρανίς, ὀξίσχοινος, ἢ τὰ ἄκρα μελανίζουσα.

4.

Stobaei Eclog. Phys. V, 4 p. 156 ed. Heeren.

Φιλητᾶ Ἑρμοῦ.

7 *Ἰσχυρὰ γὰρ [πάντως] ἐπικρατεῖ ἀνδρὸς ἀνάγκη,*
ἣ δ' οὐδ' ἀθανάτους ὑποδείδιεν, οἵ τ' ἐν Ὀλύμπῳ
ἔκτοσθεν χαλεπῶν ἀχέων οἴκους ἐκάμοντο.

Ad fr. 4. Vs. 1. Hic versus mutilus est in Codicibus, atque inter *γὰρ* et *ἐπικρατεῖ* excidisse vocem quandam recte perspexit Kayserus. Ex totius loci sententia reposuimus *πάντως*, quod caute tamen uncis inclusimus. — De sententia comparandus est Herodot. I, 91. *τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ.* Moschion ap. Stob. l. c. V, 1 p. 152.

Ὦ καὶ θεῶν κρατοῦσα καὶ θνητῶν μόνη,
μοῖρα, λιταῖς ἄτρωτε δυστηνῶν βροτῶν, κ. τ. λ.

Vs. 3. Praeter Mimnermum in Prolegomenis iam laudatum hanc sententiam amplexus est maxime Lucretius II, 645 sqq.

Omnis enim per se divom natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus seiunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

cf. Wakefield. ad h. l. Eiusdemque Lucretii versum VI, 57 respicions dixit Horatius Satir. I, 5, 101 sqq.

namque deos didici securum agere aevum,
Nec, si quid miri faciat natura, deos id
Tristes ex alto coeli demittere tecto.

οἴκους ἐκάμοντο, idem quod apud Homerum sexcenties est obvium, *δώματα ναίον.*

5.

Stobaei Florileg. CIV, 12 p. 558.

Φιλητᾶ.

Ἦ μὲν δὴ πολέεσσι πεφύρησαι χαλεποῖσιν, 8
θυμὲ, γαληναίῃ δ' ἐπιμίσγεαι οὐδ' ὅσον ὅσσον,
ἀμφὶ δέ τοι νέαι αἰὲν ἀνίαι τετρήχασιν.

Kayserus hoc fragmentum collocavit in iis, quibus praefixus est titulus *Δήμητρος*, eundemque titulum his versibus praefixum se repperisse ait in editione Francofurtensi, quam quidem nobis inspicere non licet. At profecto perturbatus est titulus in huius editionis margine, quippe qui spectet ad fragmentum proxime praecedens idque elegiacum. Quum autem Grotii editionem (pag. 429),

---

5. Vs. 1. *πολέεσσι*, omnes praeter B, unde Gaisfordius enotavit: *ἴσ. πολλοῖσι.* — *πεφύρησαι χαλεποῖσιν*, *admistus es malis*, i. e. interprete Heinrichio, *incidisti in aerumnas*. Soph. Antig. 1311. *δειλαίᾳ δὲ συγχέραμαι δύᾳ*. Codices optimi *χαλεποῖσι*, pro quo tamen scribendum est versu extremo *χαλεποῖσιν*. Voss. et Arsen. *χαλεπῃσι*, quod nullius momenti est.

Vs. 2. *οὐδ' ὅσον ὅσσον*, i. e. *ne tantillum quidem*. Aristophan. Vesp. 213.

τί οὖν ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσσον στίλην;

Vs. 3. Hanc sententiam expressit Mimnermus 1, 7.

αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι.

Theognis 343 sq.

τεθναίην δ', ἐὶ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνέων
εὑροίμην, δοίης δ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας.

qua omnino carere non debuerat, consulere neglexisset Kayserus, hac oscitantia evenit, ut illud distichum prorsus omitteretur. Iacobsius (ad Anth. Gr. I, 1 p. 392) hunc Kayseri errorem bene perspiciens, illos tamen immerito *incerti* cuiusdam hexametros pronuntiavit: immo distinctis litteris in ed. Trinc. praefixum est lemma *Φιλήτου*, quod corrigendum *Φιλητᾶ*: sed in Cod. A desideratur. Equidem dubius, quonam referendi sint isti hexametri, quum illos minime alienos reppe-rissem ab argumento erotico, locum, cui assignarem, aptiorem indagare potui nullum, quam eum ipsum, unde praecedentes desumpti sunt hexametri. Licet haec opinio omni destituta sit fundamento historico, hoc tamen iusta disponendi ratio requirere videtur, ut alterum fragmentum hexametricum excipiat alterum.

ἀνίαι τετρήχασιν, i. e. *curae concitantur*. De vera huius formae ratione etymologica v. Buttmanni Lexil. I p. 210 sqq. ubi Philetae esse hunc versum fugerat optimum praeceptorem, immemorem etiam Apollonii Rhod. IV, 447.

ἄλγεά τ' ἄλλ' ἐπὶ τοῖσιν [*γοοῖσιν*] *ἀπείρονα τετρήχασιν.*

γ. ΠΑΙΓΝΙΑ.

Kayserus (p. 29) *Παίγνια* carmina esse docet iocosa; unde tamen merito hoc possit doceri, nunquam demonstravit, neque eundem oportuit offendere (p. 47), quod in *Παιγνίων* fragmentis nihil insit argumenti *iocosi*. Etenim verbum *παίζειν* apud poetas Phileta longe antiquiores iam habet significationem *canendi*, eam tamen ita comparatam, ut notio tristis ac lugubris sententiae prorsus secludenda sit. Theognis 567.

Ἥβῃ τερπόμενος παίζω. δηρὸν γὰρ ἔνερθεν
γῆς, ὀλέσας ψυχήν, κείσομαι, ὥστε λίθος
ἄφθογγος· λείψω δ' ἐρατὴν φάος ἠελίοιο.

ubi sagacissimum Welckeri ingenium (p. 127) verbo *παίζειν* (quod ibi significat *ad myrtum canere*) oppositum esse *ὥστε λίθος ἄφθογγος*. Pindar. Olymp. I, 14 (21) sqq.

ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν.

Io Chius apud Athen. XI, 8 p. 463 C.

πίνωμεν, παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή,
ὀρχείσθω τίς· ἔχων δ' ἄρχε φιλοφροσύνης.

Idem apud eundem X, 68 p. 447 F.

πίνειν καὶ παίζειν καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν.

Hinc luculenter apparet *Παίγνια* esse carmina, ad amores atque vitae lusus qualescunque referenda. Itaque Iacobsius ad Anth. Gr. I, 1 p. 388. *Παίγνια* dixit esse *Lusus poeticos, carmina amatoria*. „Sic

Simmiae, inquit, carmina figurata, in quibus nihil iocosi, *παίγνια* appellat Hephaestio in Enchir. p. 65 ed. Paris. Quod propter eos moneo, qui iocosa carmina a Phileta conscripta fuisse existimaverunt." Quam ob caussam verisimile videtur Philetae *Παίγνια* eiusdem ferme argumenti fuisse atque *Ἐπιγράμματα*, de quibus postea disputabitur. Iam quidem quamvis notio argumenti *iocosi* non sit aliena a voce *παίγνιον*, ea tamen minime primaria est. Neque igitur admiraberis huius vocis significationem parodicam, quam ei tribuit Crates Thebanus, quippe qui teste Iuliano (Orat. VI p. 199 D. VII p. 218 B. C.) in *μουσικοῖς παιγνίοις* Solonis elegos clarissimos (fragm. δ, 1 sqq.) *παρῳδικῶς* conformaverit in hunc modum:

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
χόρτον ἐμῇ συνεχῶς δότε γαστέρι, ἥ τε μοι αἰεὶ
χωρὶς δουλοσύνης λιτὸν ἔθηκε βίον.

Tum altero loco (Solon. fragm. δ, 5 sqq.)

ὠφέλιμον δὲ φίλοις, μὴ γλυκερὸν τίθετε.
χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτὰ, κανθάρου οἷτον,
μύρμηκός τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος·
ἀλλὰ δικαιοσύνης μετέχειν καὶ πλοῦτον ἀγινεῖν
εὔφορον, εὔκτητον, τίμιον εἰς ἀρετήν.
τῶν τε τυχὼν Ἑρμῆν καὶ Μούσας ἱλάσομ' ἀγνὰς,
οὐ δαπάναις τρυφεραῖς, ἀλλ' ἀρεταῖς ὁσίαις.

1.

Stobaei Florileg. LXXXI, 4 p. 469.

Φιλητᾶ Παιγνίων.

Οὔ μέ τις ἐξ ὀρέων ἀποφῶλιος ἀγροιώτης
αἱρήσει κλήθρην, αἰρόμενος μακέλην· 9

Cod. A. *Φιλήτα Παιγνίων*. Trinc. *Φιλήτου Παιγνία*. — Sensus horum versuum difficillimus est expeditu. Kayseri interpretationem, qui sub *κλήθρης* nomine poetam ipsum intellexerit eundemque *non nisi oratione modi veri ornata*, i. e. *poesi et eloquentia*, statuerit, Iacobsius summo iure pronuntiavit contortam, atque Heinrichium provocans, qui alnum ipsam loquentem dixerit, alteram proposuit hanc: „Suspicari licet versiculos quosdam huic arbori incisos efficere, ut speret se non rustica securi excisum, sed a poeta quodam ad nescio quem usum adhibitum iri. Sensus enim in fine non perfectus." Sed nescio an certius quoddam definiri possit ex totius loci sententia, si quidem poetam sentiet ipsum alloquentem et cum alno comparantem constituueris: *Nullus me rusticus tanquam alnum caedet, sed carminum ornatum intelligens atque multa perpessus, sermonum variorum rationem compertum habens*; i. e. *summo cum studio poesi litterisque incumbens, immortalitatis gloriam consequar, sive in numero scriptorum classicorum collocabor*; sed ut paucis absolvamur: *Carmina et libri mei nunquam peribunt*. Similis est sententia Horatii Carm. III, 30. *Exegi monumentum aere perennius*, cett.

Vs. 1. *ἀποφῶλιος*, ex interpretatione Grammaticorum veterum i. q. *ἀπαίδευτος*, quod quidem prorsus quadrat in hunc locum, sed dubito an haec primaria sit vocis significatio, licet Eustathius (ad Odyss. *ε*, 182), Apollonius, Hesychius et Etymologus M. talem interpretationem exhibeant. Eustath. ad Odyss. *δ*, p. 158 Bas. *ἀπῳδὸς καὶ παράμουσος*.

Vs. 2. *κλήθρης* B. *κλήθρην* ceteri. — *κακέλην* Voss. *κακέλην* A, *μακέλην* vulg. idque unice verum. Brunckius, cui ingratum videtur *αἱρήσει — αἰρόμενος*, coniicit *ἀμφιτεμὼν μακέλῃ*. Sed frustra. Nam si quid Brunckio vi-

ἀλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον καὶ πολλὰ μογήσας,
μύθων παντοίων οἶμον ἐπιστάμενος,

— — — — — — — —

---

sum est ingratum, non sequitur id veterum quoque et ipsius Philetae auribus fuisse ingratum.

Vs. 3. *ἐπέων κόσμον*, i. e. *poesin*, cuius loquutionis optimam interpretationem offert Solonis fragm. *ιβ'*, 2. *κόσμον ἐπέων, ᾠδὴν, ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.* — *πολλὰ μογήσας*, quam librorum lectionem contra Heinrichium Iacobsius defendit hac ratione: „In verbis *καὶ πολλὰ μογήσας* haerebat cl. Heinrich, eaque prorsus *ἀπροσδιόνυσα* esse pronuntiabat. At mihi secus videtur, magisque placet vulgata lectio, quam ipsius docti viri coniectura *πολλὰ νοήσας*. Profecto qui ad poeticae facultatis fastigium nititur, non desidia ad id, quod quaerit, perveniet, nec satis erit dixisse — *ego mira poemata pango.* Labore et diligentia opus est; id est *πολλὰ μογήσας*, multis laboribus exantlatis, is, cui natura divitem venam tribuit, ad id, quod in arte summum est, escendat. Iam vides, vulgatam lectionem non temere sollicitandam esse. Verum praeterea sic locutus est *Manetho* in Apotelesm. I, 8. ad Ptolemaeum:

νύκτας ἄϋπνος ἐὼν καὶ ἐν ἤμασι πολλὰ μογήσας,
ὅππως σοι βίβλους, ἅςπερ κάμον, ἅςπιρ ἔτευξα,
ταῖς σοι ἐγὼ πέμψω καμάτων ἀφετῖρων μέγ' ὄνειαρ.

Theognis v. 71. *ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν βουλεύεο πολλὰ μογήσας, Καὶ μαχρὴν ποσσὶ, Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσας. Hermesianax* in Elegia v. 35. *Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὗρετο, πολλὸν ἀνατλὰς, Ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου.* Epigr. *ἀδέσπ.* DXCV. *πολλὰ μογήσας Πᾶσαν ἀκεστορίην βίβλον ἔτευξα μίαν.* cf. Valckenar. ad Euripid. Phoen. p. 265."

Vs. 4. *μύθων π. οἶμον*, *viam variorum sermonum*, i. e. *quam viam diversi generis sermones et fabulae inierint, quomodo alter sermo ex altero ortus sit.* Similiter Homeri Hymn. ad Mercur. 451. *οἶμος ἀοιδῆς.* Pindar. Olymp. IX, 51 (72) *ἐπέων οἶμον λιγύν.* ubi nescio an ingeniosior sit quam verior Groddeckii coniectura, *οὖρον* legentis pro *οἶμον*, quum non intellexerit, quid sit *excitare viam*, multo minus, quid sit *via canora.* No-

2.

Stobaei Florileg. CXXIV, 10 p. 617 extr.

Φιλητᾶ Παιγνίων.

Ἐκ θυμοῦ κλαῦσαί με τὰ μέτρια, καί τι προσηνὲς

---

dum solvit, nisi fallor, Heinrichius, qui sagaciter, ut solet, *μύθων π. οἶμον* dictum esse contendit pro *μύθους παντοίους*, trita periphrasi. cf. ad Musaeum 175. Spanh. ad Callim. H. in Iov. 78. Pindar. Ol. I, 110 (178) *ἐπίκουρον εὑρὼν ὁδὸν λόγων.*

Ad fragm. 2. Cod. A *Φιλήτα Παιγνίων.* Trinc. *Φιλήτα.* — Alloquitur poeta amicum, sive, quod verisimilius, amicam (fortasse *Bittidem* ipsam), eandemque ferme enuntiat sententiam, quam longe antea protulerat Solo fragm. *κα'*, 5 sq.

μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισιν
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Tibullus I, 1, 61 sq.

Flebis et arsura positum me, Delia, lecto,
Tristibus et lacrimis oscula mixta dabis.

Deinde:

Tu Manes ne laede meos, sed parce solutis
Crinibus et teneris, Delia, parce genis.

Propert. I, 18 (17), 19 sqq.

Illic si qua meum sepelissent fata dolorem,
Ultimus et posito staret amore lapis,
Illa meos caros donasset funere crinis,
Molliter et tenera poneret ossa rosa.
Illa meum extremo clamasset pulvere nomen,
Ut mihi non ullo pondere terra foret.

Illius igitur distichi sensus est hic: *Ex animo luge me, sed moderate, atque dulce quid loquere simulque mei memento non amplius superstitis.*

Vs. 1. Libri omnes *κλαῦσαι μέγα μέτρια*, quod Kayserus, quamvis ipsi videatur vitio quodam laborare, explicat *μέγα τι*, suffragante Heinrichio, qui interpretatur *ingentem iacturam*, *μέγα*, sc. *τὶ* vel *ἔργον*. Brunck. Anall. II, p. 524 dedit *μάλα μέτρια*, quod nimis contortum. Verum procul dubio perspexit Iacobsius: *κλαῦ-*

εἰπεῖν, μεμνῆσθαί τ' οὐκ ἔτ' ἐόντος ὁμῶς.

σαί με τὰ μέτρια. „Hoc, inquit, in μέγα μέτριον abiisse, nemo mirabitur. τὰ μέτρια autem pro μετρίως eleganter dictum, ut τὰ πολλὰ ap. Hegesipp. Ep. VI, 3. ὁ τὰ πολλὰ μελίφρων. τὰ μέγιστα, τὰ ἔσχατα illustrat Valcken. ad Herodot. VII p. 613, 79.“ — Adde Euphorionem ap. Stob. Florileg. CXXIV, 12 p. 616.

τῷ καὶ μέτρια μέν τις ἐπὶ φθιμένῳ ἀκάχοιτο,
μέτρια καὶ κλαύσειεν. —

τὶ προσηνὲς εἰπεῖν. Statius Silv. V, 5, 54. *invenit, quod caneret, Thracius Orpheus Dulce sibi.*

Vs. 2. τ' οὐκ ἔτ', ita omnes libri praeter B, qui habet δ' οὐκ ἔτι.

δ. ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Supra observatum est Philetae *Παιγνίων* reliquias eandem paene prae se ferre speciem, quam plerumque in Epigrammatis conspicemur; et si quis utriusque generis fragmenta accuratius examinaverit, multum haud dubie inter ea deprehendet similitudinis: ut *Παιγνίων*

Ἐκ θυμοῦ κλαῦσαί με τὰ μέτρια καί τι προσηνὲς
εἰπεῖν, μεμνῆσθαί τ' οὐκ ἔτ' ἐόντος ὁμῶς.

et. Ἐπιγραμμάτων

Οὐ κλαίω ξείνων σε φιλαίτατε, πολλὰ γὰρ ἔγνως
καλὰ, κακῶν δ' αὖ σοι μοῖραν ἔνειμε θεός.

Unde factum est etiam, ut Stobaeus utrumque distichum vicinia consociatum in Florilegio conservaverit. Iam Philetae Epigrammata laudantur in lemmate binorum distichorum, quae extant apud Stobaeum, atque a Suida et Eudocia in eius carminibus recensendis. Atque iure admonuit Iacobsius (ad Anth. Gr. III, 3 p. 835) multa esse in

Solonis et Theognidis *) elegis, quae referantur ad genus Epigrammatum sententiosum, quale profecto est etiam Philetae Epigramma utrumque. Huc praeterea spectat Mimnermi fragm. 6.

Αἳ γὰρ ἄτερ νούσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
ἑξηκονταέτη Μοῖρα κίχοι θανάτου.

una cum Solonis responsione metro elegiaco inclusa (fragm. κα').

1.

Stobaei Florileg. CXXIV, 11 p. 616.

Φιλητᾶ Ἐπιγραμμάτων.

Οὐ κλαίω ξείνων σε φιλαίτατε, πολλὰ γὰρ ἔγνως 11
καλὰ, κακῶν δ' αὖ σοι μοῖραν ἔνειμε θεός.

Cod. A. *Φιλέα Ἐπιγραμμάτων.* Trinc. *Φιλέα.* Collato Stobaeo LIX, 5 emendandum sine dubio *Φιλεᾶ Ἐ.* — Similis sententia extat apud Theognid. 355.

Τόλμα, Κύρνε, κακοῖσιν ἐπεὶ κἀσθλοῖσιν ἔχαιρες,
εὖ τέ σε καὶ τούτων Μοῖρ' ἐπέβαλλεν ἔχειν·
ὣς δέ περ ἐξ ἀγαθῶν ἔλαβες κακὸν, ὣς δὲ καὶ αὖτις
ἐκδῦναι πειρῶ, θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

Vs. 1. *σε*, ita omnes praeter Trinc., quae exhibet *δὲ*.

Vs. 2. „*νέμοι*] Al. *νέμει*. Lego *ἔνειμε*." GESN. *νέμει* A. Voss. Ars. *ἔνειμε* A. GAISFORD. Manifestus hic latet error, sive scribentis sive typothetae, quoniam idem Codex A non binas suppeditare potest lectiones, nisi forte altera superscripta est, quod tamen accuratus editor, qualis Gaisfordius, indicare non oblitus erat. Fortasse uno aut altero loco corrigendum est B.

*) cf. Welckeri Prolegg. ad Theognid. p. XCV sq.

2.

Stobaei Florileg. LIX, 5 p. 376.

Φιλητᾶ Ἐπιγραμμάτων.

Γαῖαν μὲν φανέουσι θεοί ποτε· νῦν δὲ πάρεστιν
λαιψηρῶν ἀνέμων μοῦνον ὁρᾶν τέμενος.

Cod. A. *Φιλήτα Ἐπιγραμμάτων.* Trinc. *Φιλήτου.* — Haec verba esse hominis in medio mari pericula subeuntis terramque desiderantis tum ex ipsa sententia, tum ex titulo apparet, quem Stobaeus huic sententiarum capiti praefixit: *περὶ ναυτιλίας καὶ ναυαγίου.* Quis est, quin meminerit hoc loco elegantissimi carminis Simonidei (fragm. VII ed. Gaisford.), in quo Danae alloquitur Perseum?

Vs. 2. *λαιψηρῶν*, A. B. *αἰψηρῶν* Vulg. — *τέμενος*, libri omnes. Offendit Valckenarium, Diatr. Euripid. p. 239 atque ad Callimachi Eleg. p. 268 proponentem *τὸ μένος*, quod iudicante Iacobsio nec vim habet, et antithesim corrumpit, quae est in verbis *γαῖα* et *ἀνέμων τέμενος*, *regnum ventorum*. Significatio, quam Philetas tribuit voci *τέμενος*, Homerica est, teste Eustathio ad Odyss. ζ, 293 p. 1564 Rom. *Ἔστι δὲ τέμενος ἰδιαίτατος τόπος περιωρισμένος καὶ οὕτως ἀποτετμημένος τῶν ἐγγύς. τέμενος γὰρ ἐπὶ ναοῦ οἱ μεθ' Ὅμηρον οἴδασιν. ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲ ἱερὸν ἁπλῶς τόπον λέγει τὸ τέμενος, ἀλλὰ τὸν κατὰ ἀποτομὴν ὄντα τινός.* Iam vero ventorum *τέμενος* sive regnum ipsis assignatum est *mare*. Quare Tibullus I, 9, 9. *Freta parentid ventis.* Propert. IV, 6, 57 (III, 5, 11) *Di maris, Aegaei quos sunt penes aequora, venti.* Similiter Aeschyl. Pers. 363. *τέμενος αἰθέρος.* Hinc *venti* dicuntur *duces, arbitri maris*, cuius dicendi formulae exempla profert Heinrichius ex Horat. Carm. I, 3, 15. *Notus, arbiter Adriae.* III, 3, 5. *Auster, dux turbidus Adriae.* cf. Godofr. Bernhardy in annot. ad Dionys. Perieg. v. 13 p. 528.

ε. ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΕΙΔΩΝ.

Magna relinquitur elegorum pars, qui unico *Philetae* nomine ex communi litterarum artiumque naufragio ad nostram usque aetatem delati, nullam prae se ferunt speciem nisi formam elegiacam atque sententiarum rationem ab argumento amatorio haud ita alienam.

1.

Stobaei Florileg. CIV, 15 p. 558.

Φιλητᾶ.

Πτοιοῦμαι πολέων γαίης ὕπερ ἠδὲ θαλάσσης, 15

Trinc. *Φιλήτου*, frequens vitium.

Vs. 1. Gaisfordii libri omnes hanc lectionem praebere videntur, *τῷ οὔ μοι*, quae omni prorsus destituta est sensu. Quidni elementa *ΤΩΙΟΥΜΟΙ* corrupta esse tibi persuaseris ex *ΠΤΟΙΟΥΜΑΙ*, quo nihil huic loco aptius, nihil commodius? Nimirum hoc verbum iam apud Mimnermum gaudere significatione *dolendi, sollicitudinis, animi moeroris*, qualis in amantium potissimum animo commoveri solet, probabile videtur ex eiusdem fragm. III, 2, ubi eadem qua apud Philetam structura:

πτοιοῖμαι δ' ἐσορῶν ἄνθος ὁμηλικίης
τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλόν —

πτοιοῦμαι πολέων, *sollicitus sum pervagans*, i. e. *animo sollicito pervagor*. Varie hunc locum; cui iusta nunc demum medicina admota esse videtur, tentarunt viri eruditi. Gesnerus primum coniecit, *τῷ αἰεὶ πολέω*. Grotius, *τὼς δ' οἴμοι πολέω*, quam coniecturam, licet offenderit forma Dorica *τώς*, tamen in ordinem recepit Kayserus. Iacobsius probat Brunckii modestiam, qui depravatas lectiones retinere maluerit, quam incertas in contextum invehere; ipse autem coniecturam fecit, sententiae quidem prorsus accommodatam, longius tamen a litterarum vestigiis aberrantem: *Ἀτῶμαι πολέων — per maria et terras vagatus nunquam non malis et calamitatibus obruor*. „Verbo, inquit, *ἀτᾶσθαι* utitur Sophocles in Aiace 269. *νοσοῦντος ἀτώμεσθα νῦν*. 384. *καίπερ ὧδ' ἀτώμενος*. Antig. 17. *οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον, οὔτ' ἀτωμένη*." — Ex Gesneri et Grotii coniectura scripsi

ἐκ Διὸς ὡραίων ἐρχομένων ἐτέων·
οὐδ' ἀπὸ Μοῖρα κακῶν μελέῳ φέρει, ἀλλὰ μένουσιν
ἔμπεδα, καὶ τοῖσιν ἄλλα προσαυξάνεται.

---

mus *ΗΛΕ θαλάσσης* pro vulg. *ΟΥΛΕ θαλάσσης*, quod absurdum est.

Vs. 2. Libri *ἔσχομεν ὧν*, unde Gesnerus coniecit *ἰσχομένων*, sensu, ut Iacobsius ait, non satis aperto. Cuius viri egregii quam ipse coniecturam fecit ingeniosam nobis placuit in ordinem recipere. Sensus: *Anni temporibus Iovis numine* (sive *Iove moderante*) *procedentibus.* Exquisita est compositio *ὥραῖα ἔτη, anni, quatenus secernuntur commutationibus temporum quadripartitis.*

Vs. 3. Libri, *οὐδ' ἀπὸ μοῖρα μελέῳ κακῶν φέρει.* Quod quum metro adversaretur, Gesnerus et Grotius ita emendarunt, *o. ἀ. μ. τέλος τι κακῶν φ.* Sed perspexit Heinrichii acumen, si *τέλος* recte se habeat, corrigendum esse *ἐπὶ* pro *ἀπὸ*, quandoquidem *ἀποφέρειν* nullo pacto pro *ἐπιφέρειν* dici possit. Leviori autem medicina ipse reparavit ulcus huic versui illatum:

οὐδ' ἀπὸ Μοῖρα μελέῳ τι κακῶν φέρει.

„*μελέῳ*, inquit, duabus syllabis pronuntiandum, est pro *ἐμοὶ μελέῳ, mihi misero.*" Assensus est etiam Iacobsius. Attamen facilior etiam videtur via, quam mihi monstrarunt Passovius et Wellauerus, sola verborum transpositione reparantes *κακῶν μελέῳ.* Construe: *οὐδὲ Μοῖρα μελέῳ φέρει ἀπὸ κακῶν*, subaudiendo *τι: Neque Parca misero mihi ex malis quidquam aufert.* — Extremo versu vulgarem lectionem *φέρουσιν* Grotius verissime emendavit *μένουσιν.*

Vs. 4. Heinrichium offendit vox *τοῖσιν*, qua metrum pessumdari putat: sed huius licentiae, ut syllaba brevis in thesi producatur, Iacobsius enotavit exemplum ex Epigr. Platon. XXX, 2.

τιμᾶτ' ἢ τὸν Ἔρον ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.

idemque addidit: „*τοῖσιν* est pro *τούτοις*, i. e. *τοῖς ἤδη παροῦσιν.* Quod moneo, ne quid cum Heinrichio emendandum existimes." Hic autem proposuerat: *καὶ ἄλλοις ἄλλα πρ.* Idem tamen ille Iacobsius in Anthologia Palat. T. II p. 17 atque in delectu epigrammatum Gr. p. 128 pro vulg. *Ἔρον* restituit lectionem codicis Vat. *Ἐρών*, ut *γέλων* pro *γέλωτα.* Sed nostro loco simillimum est Tyrtaei exemplum II, 6.

κῆρας ὑπ' αὐγαῖσιν ηελίοιο φίλας.

2.

Stephanus de Urbibus p. 700.

Φλιοῦς, πόλις Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καὶ Ἀράντεια, ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης· Παυσανίας δὲ ἀπὸ Φλίαντος. καὶ τὸ ἐθνικὸν Φλιούντιος ἢ Φλιούσιος. Φιλητᾶς δέ φησι·

Φλιοῦς γὰρ πόλις ἐστὶ, Διωνύσου φίλος υἱὸς 14
Φλιοῦς ἣν αὐτὸς δείματο λευκόλοφος.

---

ubi nescio an immerito Hermannus ad Viger. p. 935 inseruit particulam γ', quod remedium Friedemannus de media syllaba pentametri Gr. elegiaci p. 296 etiam in Philetae loco admittendum esse censuit.

Ad fragm. 2. Stephanus explicandi caussa etiam adiecit: *ὠνόμασται δὲ παρὰ τὸ φλεῖν, ὅ ἐστιν εὐκαρπεῖν.* Adde Schol. ad Apollon. Rhod. I, 115. qui itidem Philetae distichum respicere videtur: *Ἀραιθυραία, πόλις Πελοποννήσου ἐν ὁρίοις τῆς Σικυῶνος κειμένη, ἥτις Φλυοῦσα ὠνομάσθη ὕστερον ἀπὸ Φλυοῦντος, υἱοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Διόνυσος Φλυοῦς ἐκαλεῖτο διὰ [τὸ] τὸν οἶνον φλύειν, ὅ ἐστιν εὐθυνεῖν.* Ceterum formam *Ἀραιθυραία* exhibet etiam Stephani Codex Rehdigeranus Vratislaviensis pro vulg. *Ἀραιθυρέα*, quam tuetur Homer. Il. β, 571. Apollon. Rhod. I, 115. Neque offendere debet quemquam duplex scriptura *Φλιοῦς* ap. Steph. et *Φλυοῦς* ap. Schol. Apollon., propterea quod duplex est etiam forma verbi *φλεῖν* et *φλύειν*. Tertia forma extat apud Pausan. II, 12, 6. *Φλίαντα δὲ, ὃς τρίτον τοῦτο ἐποίησεν ὄνομα ἀφ' αὑτοῦ τῇ γῇ, Κείσου μὲν παῖδα εἶναι τοῦ Τημένου κατὰ δὴ τὸν Ἀργείων λόγον οὐδὲ ἀρχὴν ἔγωγε προσίεμαι. Διονύσου δὲ οἶδα καλούμενον καὶ τῶν πλευσάντων ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς καὶ τοῦτον γενέσθαι λεγόμενον. ὁμολογεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ῥοδίου ποιητοῦ τὰ ἔπη* (I, 115)·

Φλίας αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρήθεν ἵκανεν,
ἔνθ' ἀφνειὸς ἔναιε Διωνύσοιο ἑκηβολ
πατρὸς ἑοῦ πηγῇσιν ἐφίστιος Ἀσωποῖο.

τοῦ δὲ Φλίαντος Ἀραιθυρέαν εἶναι μητέρα, ἀλλ' οὐ Χθονοφύλην, Χθονοφύλην δέ οἱ συνοικῆσαι καὶ Ἀνδροδάμαν γενέσθαι Φλιάντι ἐξ αὐτῆς. cf. Burmann in Catalogo Argon., quem praemisit Valerii Flacci editioni v. *Phlias*.

Vs. 1. 2. Hoc distichum, quale vulgo legitur, admodum corruptum est: *φλιοῦς πόλις ἐστὶ τοῦ Διονύσου*

3.

Schol. ad Theocrit. II, 120.

Μῆλα μὲν ἐν κόλποισιν] *μῆλα ἔχων ἐν κόλποις τὰ ἐράσμια καὶ ἐρωτοποιητικά* *). *λέγοι δ' ἂν τοῦτο καθὸ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδόμενα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ Διονύσου, οἷς στεφανοῦται. ταῦτα δὲ εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὡς φησι Φιλητᾶς·*

— — — τά οἵ ποτε Κύπρις ἑλοῖσα
μῆλα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

φίλ νιὸς φλιοῦς, ἣν αὐτὸς ἐδείματο λευκόλοφος.* Quae verba Salmasius primus emendavit hoc modo:

Φλιοῦς ἡ πόλις ἐστὶ, Διωνύσου φίλος υἱὸς
Φλιοῦς ἣν αὐτὸς δείματο λευκόλοφος.

Cod. Rehdig. hancce praebet lectionis varietatem: *Φλιοῦς γὰρ πόλις — φίλος νιὸς δείματο λ.* unde Passovii perspicax ingenium, nulla paene mutatione facta, genuinam distichi formam talem restituit, qualem haud cunctanter recepimus suffragante, ut par erat, Dindorfio in novissima Stephani editione. Brunckius ad Apollon. Rhod. I, 115. ex Pausania temere deprompsit *Φλίας*, quod in pentametro reponeret. Heynius, referente Kaysero, epitheton *λευκόλοφος* ad urbem spectare putavit, quod tamen ita nimis longo spatio a voce sua distare verissime intellexit Heinrichius: itaque *λευκόλοφον* scribi mavult. Sed nescio an illud epitheton aptius quadret in Phliuntem heroem, *candida crista ornatum, der Held mit schneeigem Helmbusch*, ut eleganter interpretatur Weberus. Similis forma adiectiva est *φοινικόλοφος*, de qua consule Lexica. Singula verba redigenda sunt in hunc ordinem: *πόλις, ἣν Διωνύσου φίλος νιὸς, Φλιοῦς λευκόλοφος, αὐτὸς δείματο.*

Ad fragm. 3. Magnus Casaubonus in Lectt. Theocrit. p. 248 totum distichum in integrum restituere conatus est ita:

Μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἵ ποτε Κύπρις ἑλοῖσα
δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Atque Barnesius in Wartoni edit. Theocr. p. L. eodem fere modo, nisi quod *τρισσὰ* dedit pro Casauboniano *δῶρα*. Sed hae merae sunt suspiciones, omni Codicum fundamento destitutae. — Notam de Hippomenis (alii dicunt *Milanionem*) et Atalantae cursu amatorio fabulam copiosius descriptam habes apud Ovidium Me-

*) Ita Cod. Vat. 4. 5. Vulg. *ἔρωτος ποιητικά*.

tam. X, 605 sqq. Neque poetae tantummodo, sed artifices quoque veterum hanc fabulam celebrarunt, auctore Pausania V, 19, 1, ubi Cypsali arcam describens: *Ἔστι δὴ καὶ*, inquit, *Μελανίων καὶ Ἀταλάντη παρ' αὐτὸν ἔχουσα ἐλάφου νεβρόν.* Sed dignius est etiam memoratu, quod hodie superest vas fictile, in Dodwellii Itinerario I p. 448 ita descriptum: „A sepulcre near this contained a small terra cotta vase, on which is painted, on a black ground, a winged youth in the act of running, and holding a wreath in his left hand, with his right dropping some golden apples before a female; who, although in the act of running, stops to pick them up, holding up her loose apple robe with her left hand: her right wrist is adorned with the *ὀφις*, or *περικαρπια*, answering to our bracelet. The winged figure is naked, and only the back of the female is covered with her garment; they are leukographic, or painted white; the accessories only being red, as the peplos, the wreath, the apples, the wings, and the hair. This evidently represents the story of Milanion and Atalanta", cett. Et paullo infra: „The fictile painter has represented them at the moment of commencing this trial of speed. Mythographers tell us, that the suitor was permitted to start first. Atalanta is probably represented with her body naked, in order to develop the personal charms, and particularly the beauty of her thighs, for which she was celebrated by the poets (Ovid. Amor. III, 29). The wings of Milanion denote extraordinary swiftness." — Vulgo quidem tradunt Venerem aurea poma (*Pomeranzen*) decerpsisse ex hortis Hesperidum (v. Voss. ad Virgil. Idyll. p. 315); sed *μῆλα* etiam *κατ' ἐξοχὴν* dicuntur *Διονύσου*, quoniam Bacchus *malorum inventor* habebatur, auctore Athenaeo III, 23. p. 82 D. *ὅτι δὲ καὶ τῶν μήλων εὑρετής ἐστι Διόνυσος, μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακόσιος οὑτωσί πως λέγων·*

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,
κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

(Idyll. II, 120 sq.) *Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι, καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων.* Hinc autem minime colligitur Venerem poma illa accepisse a Baccho ipso, neque omnino vulgaris fabula refellitur.

Vs. 1. *οἱ*, subaudiendum haud dubie *Ἱππομένει.* —

Vs. 2. *ἀπὸ κροτάφων.* Intelligenda sunt nimirum *Ve-*

4.

Athenaeus II, 83 p. 71 A.

Φιλητᾶς ὁ Κῷος·

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς, ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα,
ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

---

neris tempora, non *Bacchi*, ut falso statuunt. De corollis, quibus poma inserebant veteres, vide I. H. Voss. ad Virgil. Idyll. p. 80.

Ad fragm. 4. Hoc distichum servatum est etiam apud Antigonum Charyst. Histor. mirab. c. 8 p. 16 Beckm. Οὐχ ἧττον δὲ τούτου θαυμαστὸν, καθωμιλημένον δὲ μᾶλλον τὸ περὶ τὴν ἐν Σικελίᾳ ἄκανθαν, τὴν καλουμένην κάκτον· εἰς ἣν ὅταν ἔλαφος ἐμβῇ καὶ τραυματισθῇ, τὰ ὀστᾶ ἄφωνα καὶ ἄχρηστα πρὸς αὐλοὺς ἴσχει. ὅθεν καὶ ὁ Φιλητᾶς ἐξηγήσατο περὶ αὐτῆς, εἰπας·

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς, ἀπὸ ζωὴν ὀλέσασα,
ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

Casaubonus ad Strabon. p. 168 verbo ἐξηγήσατο, quo Antigonus Philetae distichum induxit, alludi putavit ad operis titulum Ἑρμηνεία. Sed immerito hanc vim illi verbo tribuit vir κριτικώτατος, quippe qui Ἑρμηνείας titulo certe commenticio se induci passus sit ad istam coniecturam proponendam.

Vs. 1. νεβρὸς (Cod. C ap. Athen. fals. νεκρὸς), id est, ipso interprete Antigono, νεβροῦ ὀστᾶ, totum pro parte. Nimirum ex hinnulorum ossibus tibias faciebant veteres, unde apud Antipatrum Ep. 48 νέβρειοι αὐλοί. cf. Iacobs. ad Anth. II, 1 p. 49 sq. Veteres, qui cuilibet rei inventorem supponebant, huius tibiarum generis inventores perhibebant Thebanos, teste Ioba ap. Athen. IV, 80 p. 182 E. Θηβαίων δ' εὕρημά φησιν εἶναι Ἴόβας τὸν ἐκ νεβροῦ κώλων κατασκευαζόμενον αὐλόν. Convenit Aristophanis locus Acharn. 862 sq.

ὑμὲς δ', ὅσοι Θειβαθεν αὐλητα πάρα
τοῖς ὀστίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

Callimachus hoc inventum tribuit ipsi Minervae Hymn. in Dian. 244 sq.

Οὐ γάρ πω νέβρεια, δι' ὀστία τετρήνοντο,
ἔργον Ἀθηναίης ἐλάφῳ κακόν. ubi cf. Spanhem. p. 344.

5.

Antigonus Charyst. Hist. mirab. c. 23 p. 34 sq. ed. Beckm.

Ἴδια δὲ καὶ περὶ τὰς συγκρίσεις καὶ ἀλλοιώσεις τῶν ζώων, ἔτι δὲ γενέσεις. οἷον ἐν Αἰγύπτῳ τὸν βοῦν ἐὰν κατορύξῃς ἐν τόποις τισὶν, ὥστε αὐτὰ τὰ κέρατα τῆς γῆς ὑπερέχειν, εἶθ' ὕστερον ἀποπρίσῃς, λέγουσι μέλιττας ἐκπέτεσθαι· σαπέντα γὰρ αὐτὸν, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι τὸ ζῶον. ᾧ καὶ φαίνεται Φιλητᾶς προσέχειν, ἱκανῶς ὢν περίεργος· προσαγορεύει οὖν αὐτὰς βουγενεῖς λέγων·

Βουγενέας φάμενος προσεβήσατο μακρὰ μελίσσας. 17

ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα, Athenaeus atque Antigonus hoc loco invicem se sublevant. In illius Cod. B mire coniunctum scribitur *ἀπψυχὴν*, in ceteris recte *ἀπὸ ψυχὴν*, pro quo apud Antigon. *ἀπὸ ζωὴν*, quod merum est *ψυχῆς* interpretamentum ideoque pro glossemate habendum. Athenaei Codd. B. C. D. V. exhibent *ὤλεσα*, quod metro adversatur: veram lectionem *ὀλέσασα* ex Antigono Casaubonus iam restituit.

Vs. 2. Fabulabantur veteres ossa hinnulorum, quos *cacti* aculei pupugissent, faciendis tibiis haud esse idonea. Hesych. v. *Κάκτος· ἄκανθα, ὑφ' ἧς ἐὰν πληγῇ νεβρὸς, ἀχρεῖα ἴσχει τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλούς.* Plantam ipsam accurate describit Theophrastus H. Pl. VI, 4, 10. *Ἡ δὲ κάκτος καλουμένη περὶ Σικελίαν μόνον· ἐν δὲ Ἑλλάδι οὐκ ἔστιν. ἴδιον δὲ παρὰ τὰ ἄλλα τὸ φυτόν· ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης τοὺς καυλοὺς ἐπιγείους· τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες. καλοῦσι δὲ τοὺς καυλοὺς τούτους κάκτους. ἐδώδιμοι δέ εἰσι περιλεπόμενοι, μικρὸν ὑπόπικροι. καὶ θησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ.* Schneiderus ad h. l. p. 498 existimat intelligi Cyraram Scolymnum Linnaei, *κινάραν* Graecis vocatam, nostris *Artischokke*. cf. Plin. H. N. XXI, 16.

Ad fragm. 5. De apum ex boum visceribus ortu praeter Niclam et Beckmannum ad Antig. l. c. videsis Virgil. Georg. IV, 281—314 ibique Intpp., imprimis Voss. p. 826 sqq. 834 sqq. Tota fabella originem ducere

6.

Strabo VIII, 5, 3 p. 346.

Εὐφορίων δὲ καὶ τὸν ἦλον λέγει ἦλ. παρὰ Φιλητᾷ δέ·

18 *Δμωίδες εἰς ταλάρους λευκὸν ἄγουσιν ἔρι.*

---

videtur ex Herodoti narratione II, 41. *τοὺς δὲ ἔρσενας* [*βοῦς*] *κατορύσσουσιν ἕκαστοι* [*Αἰγύπτιοι*] *ἐν τοῖσι προαστείοισι, τὸ κέρας τὸ ἕτερον ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερέχοντα, σημήϊον ἕνεκεν.* — Structura: *φάμενος* (sc. *ταῦτα*, nimirum ea, quae in sententia hunc versum praecedenti dicta erant) *μακρὰ ἐβήσατο πρὸς βουγενέας μελίσσας.* Loquutio *μακρὰ ἐβήσατο* desumpta est ex Homer. Il. *γ*, 22. *μακρὰ βιβῶντα. η*, 213. *ἦϊε μακρὰ βιβάς.*

Ad fragm. 6. Vulgo hic legitur *δμῶες*, quod primum in editione Aldina apparet. Nonnulli Codd. ap. Casaub. et Ven. ap. Tzschuck. *δμῶτες*. Ceteri apud utrumque, imprimis Paris. Mosc. Stroz. Vatic. *δμωίδες*, quod rectius iudicavit Tzschuckius, dummodo eiiciatur *δ'*, quod ex proximarum utrinque vocum vicinia intrusum haeserit.

ἔρι. Strabo ipse l. c. interpretatur *τὸ ἔριον*, atque Coraës animadvertit: *Τῷ προηγουμένῳ τοῦ Φιλητείου ἔπους Ἔρι, ἐν τῷ ἐμῷ ἀντιγράφῳ προσγέγραπται ἔξωθεν, Ἔριον, ὡς ἐξήγησις μᾶλλον, ἢ διόρθωσις· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ὁ ἀρχαῖος Λατῖνος μεταφραστὴς εἴρηκε ferunt eri pro erion, id est lanam, πρὸς δὲ, καὶ τὰ προηγούμενα καὶ τὰ ἑπόμενα μαρτυρεῖ τὴν χρείαν τῆς λέξεως, προσέθηκα μηδὲν μελλήσας, προσλαβὼν καὶ τὸ ἀναγκαῖον ἄρθρον.* Similia *ἀποκοπῆς* exempla exaggerat Strabo, ex Homero *κρῖ, δῶ, μάψ, Ἄλκιμος* (Il. ι, 392) pro *Ἀλκιμέδων*, ex Hesiodo *βρῖ* pro *βριθύ* sive *βριαρόν*, ex Sophocle et Ione *ῥᾴ* pro *ῥᾴδιον*, ex Epicharmo *λί* pro *λίαν*, *Συρακώ* pro *Συράκουσαι*, ex Empedocle *ὄψ* pro *ὄψις*, ex Antimacho idem exemplum una cum *ἄλφι* pro *ἄλφιτον*, ex Arato *πηδὰ* pro *πηδάλια*, ex Simmia *Δωδώ* pro *Δωδώνη*. cf. Buttmanni Gramm. Gr. I p. 217.

7.

Schol. ad Theocrit. VII, 6.

Βούρραναν] *γράφεται γὰρ καὶ οὕτως, κρήνη ἡ Βύρσινα τῆς Κῶ. καὶ Φιλητᾶς·*

Δάσσατο δ' ἐν προχοῇσι σελασπέτροιο Βυρίννης. 19

Ad fragm. 7. Libri *δάσαντο*, alii *δάσατο*, unde Kayserus prudenter refinxit *δάσσατο*. Quidnam distribuerit nescio quis, ad liquidum perduci nequit, propterea quod sententia versuum hunc praecedentium ignoratur. Sine iusta ratione Dan. Heinsius Lectt. Theocrit. p. 336 correxit *Νάσσατο*. — Libri inter eosque Vatic. 8 ap. Warton. *σελαμπέτροιο*, unde Heinsius l. c. *μελαμπέτροιο*, Barnesius in Vita Theocriti p. LI ed. Warton. *μελαμψήφοιο*, quod Heinrichius putat sublevari exemplo Callimach. H. in Del. 76: *μελαμψήφιδος ἔχουσαι Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός*. Sed frustra. Ex Codicum vestigiis *ΣΕΛΑΜΠΕΤΡΟΙΟ* multo facilius elici potest *ΣΕΛΑΣΠΕΤΡΟΙΟ*, forma adiectiva, composita ex substantivo *σέλας* et *πέτρη*, ita ut intelligatur *fons, qui saxo, unde effunditur, candorem ac splendorem quendam largitur, qui in saxo nitet.* Quod epitheton quam maxime conveniat rerum naturae, facile intelligunt ii, qui unquam catarrhactas sive rivulorum sive torrentium oculis perlustrarunt. Similia compositionis exempla praebent adiectiva *σελασφόρος, φωσφόρος, σακεσφόρος, ὀρέσβιος, ἐγχεσπάλος* cett. de quibus inspiciatur subtilis Lobeckii disputatio ad Phrynich. p. 672 sq. — Libri *βουρρίνης*, quod, quum rationes metricae repugnarent, Heinsius mutavit in *Βορίνης*, sed nescio an non satis caute. Notum est enim Dorienses simplicem vocalem *ῡ* permutasse diphthongo *ου*. v. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 388 sq. Itaque longe probabilius videtur formam *Βούρρινα* vel potius *Βούριννα* (hanc enim exhibent tres Codd. Florentini, duo Romani ap. Theocrit. VII, 6 ubi cf. Valckenar.) pro Dorica haberi, eaque profecta ex vulgari *Βύριννα*, unde Philetae reddidimus *Βυρίννης*. Quae de etymo huius vocis in Scholiis proferuntur, longius repetita videntur, quibus fidem habeamus. cf. Opusculi diversi di F. M. Avellino. Napoli 1826. 8. p. 212 sqq.

8.

Athenaeus VII, 132 p. 327 C.

Ἕρμιππος δ' ὁ Σμυρναῖος ἐν τοῖς περὶ Ἱππώνακτος ὖκην ἀκούει τὴν ἰουλίδα· εἶναι δ' αὐτὴν δυσθήρατον. διὸ καὶ Φιλητᾶν φάναι·

Οὐδ' ὖκης ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγεν.

9.

Athenaeus V, 20 p. 192 E.

Ὁ γὰρ θρόνος αὐτὸ μόνον ἐλευθέριός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρῆνον καλοῦντες ἐντεῦθεν αὐτὸν ὠνόμασαν θρόνον τοῦ θρῆσαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθίζεσθαι τάσσουσιν, ὡς Φιλητᾶς·

Θρήσασθαι πλατάνῳ λασίῃ ὕπο — —.

Ad fragm. 8. ὖκης modo simplici, modo duplici κ scribitur. Priori scriptura ap. Athen. constanter utuntur Codd. A B C, inconstanter P. V. L. Sed monendum in Philetae loco omnes libros exhibere ὖκη sive ὖκκη. Utriusque formae desunt rationes aliunde repetendae; atque ex praecedentibus Athenaei verbis vera lectio reponenda est: *τὸν ὖκην Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν ἱερὸν ἰχθὺν καλεῖ διὰ τούτων· „Θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὖκης.“ Νουμήνιος δ' ἐν Ἁλιευτικῷ·*

Ἤ σπάρον, ἢ ὖκας (forma Dorica) *ἀγελείδας κ. τ. λ.*

De extrema syllaba vocis ἰχθὺς ambigua vid. Iacobs. ad Anth. Palat. p. 692.

Ad fragm. 9. Verbum θρήσασθαι (cuius thema statuendum est θράω) ἅπαξ εἰρημένον. In Codd. A. B. C. P. et apud Eustath. ad Odyss. δ p. 148, 18. Basil. θρήσασθαι δὲ πλ. quod tamen rationibus metricis adversatur. — Libri omnes πλατάνῳ γαίῃ ὕπο, quod primo statim aspectu offendere debet: nimirum ὑπό praepositionem respicere ad πλατάνῳ unusquisque concedet; sed quid sibi velit interpositum γαίῃ, hoc quidem nemo solvet aenigma. Aliud igitur non patet effugium, nisi quod apperuit Heinrichius, qui emendavit λασίῃ pro

10.

Athenaeus XV, 22 p. 678 A.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ἴΙΑΚΧΑΝ τινὰ καλούμενον οἶδα στέφανον ὑπὸ Σικυωνίων, ὡς φησι Τιμαχίδας ἐν ταῖς Γλώσσαις.

γαίῃ, perpetuum arborum epitheton. Callimach. H. in Dian. 192.

ἡ δ' ὅτε μὲν λαρίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν κρύπτετο νύμφῃ,
ἄλλοτε δ' ἰλαμερῇσιν. —

cf. Ruhnkenii Ep. crit. II p. 148. — „Imprimis vero (pergit Heinrichius) ad platanum appositum epitheton, quam *patulis diffusam ramis* dicit Cicero de Orat. I, 7. loco lectu iucundissimo. Quin immo epith. hoc iam adhibuit Alcaeus in notis v. v.

— — λαοίας θάμνῳ ὕπο πλατάνου.
καύματ' ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνός." —

Manifesto erravit vir doctissimus, qui hos versus Alcaeo assignaret, obvios illos quidem inter *Ἐπιγράμματα ἀδεσπ.* N. 260, 6 sq. in Brunckii Anal. III p. 204. Meleager Ep. III, 8. *ἐνθάδ' ὑπὸ σκιερῇ κεκλιμένος πλατάνῳ.* Theocrit. XVIII, 44. *καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον.* XXII, 76. *Οἱ δὲ θοῶς συνάγερθεν ὑπὸ σκιερὰς πλαταγίστως.* Quibuscum locis comparandus Virgil. Georg. IV, 146. *Iamque ministrantem platanum potantibus umbras.*

Ad fragm. 10. Distinctis quidem verbis hoc distichum ab Athenaeo non tribuitur Philetae, unde Kayserus nullam eius habens rationem, in fragmentorum corpusculum nihil assumpsit, nisi, quae distichum praecedit, *glossam Philetae.* Sed hoc procul dubio fecit oscitanter, quippe cui ante omnia demonstrandum fuisset, ad quemnam poetam versus isti spectarent, si non ad Philetam. Iam vero satis probabile videtur Athenaeum, postquam vocabuli *Ἴαχχα* explicandi caussa provocavit Philetae glossam, eiusdem poetae adiunxisse distichum, idque ad eandem materiam spectans neque alius poetae nomine insignitum. Namque et in praecedentibus et in sequentibus Athenaeus sententiarum excerptarum auctores laudare minime neglexit; quod cur in hoc disticho non fecerit, nisi Philetae est, frustra

Φιλητᾶς δ' οὕτως γράφει· Ἴακχα, ἐν τῇ Σικυωνίᾳ στεφάνωμα εὐῶδες.

22 *Ἔστηκ' ἀμφὶ κόμας εὐώδεας ἀγχόθι πατρὸς*
καλὸν Ἰακχαῖον θηκαμένη στέφανον.

11.

Etymolog. Magn. p. 135, 26.

Ἀργάνθων, οἷον, Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο (Apollon. Rhod. I, 1178). *τινὲς δὲ Ἀργανθώνην αὐτὴν φασίν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλητᾶς *) Ἀργανθώνιον λέγουσι διὰ τοῦ ι, οἷον·*

23 *Χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος.*

---

aliquis explicare conabitur. Attamen conatus est Fiorillo ad Herodem Atticum p. 89 sq. qui incertum quendam poetam veterem, cuius testimonium Philetas in *Ἀτάκτοις* apposuisset, non ipsum Philetam illius distichi auctorem pronuntiavit. Sed mera haec videtur hariolatio; etenim aut veteris illius poetae nomen apponendum aut, si forte Philetae ipsi incognitum fuit, id quidem observandum erat. Itaque Casaubonum, Brunckium, Iacobsium, aliosque sequutus, equidem nullus dubitavi illud distichum assignare Philetae.

Vs. 1. 2. „In priore versuum *Philetae*, *Ἔστηκ' ἀμφίκομα εὐώδεος ἀγχόθι πατρός*, malim *ἀμφὶ κόμαις*: nisi est nomen proprium." CASAUBONUS. Canterus, referente Schweighaeusero, in ora libri proposuit *Ἀμφίκομις*. Fiorillo l. c. recte perspexit Casaubono corrigendum quoque fuisse *εὐώδεσιν*, quod ad *κόμαις* referretur. Sed quoniam Codd. A. B. scripturam exhibent *εὐώδεΑς*, non *εὐώδεΟς*, multo simplicior ac verisimilior est Schweighaeuseri emendatio *ἀμφὶ κόμας εὐώδεας*, unica adiecta littera ς. Structura est haec: *Ἔστηκα ἀγχόθι πατρὸς, θηκαμένη καλὸν Ἰακχαῖον στέφανον ἀμφὶ κόμας εὐώδεας.* — De *corona Iacchaea* v. Creuzeri Symb. II p. 330 (359 ed. 2) sqq.

Ad fragm. 11. Merito dubitatur, utrum *Philetae* tribuendus sit hic versus an *Euphorioni*, neque tenuis-

*) Libri quidem omnes habent *Φιλίας*, manifesto errore, primitus profecto ex corrupto *Φιλίτας*.

12.

Etymolog. Magn. p. 602, 40.

Νή, στερητικόν ἐστιν ἐπίῤῥημα· ὁρᾶται δὲ καὶ ἐπιτατικὸν, ὡς ἐν τῷ νηλὴς, νήνεμος,

— — — — νήχυτον ὕδωρ. 24

Φιλητᾶς. καί·

— — μαράθου δέ [ἑ] νήχυτος ὄρπηξ.

---

simum extat vestigium, quo unum altero probabilius esse conficiatur. — De *Arganthone*, Mysiae monte, v. Burmann. ad Propert. I, 20, 23. Toup. ad Suidam I p. 215. Wernsdorf. ad Himerii Orat. 22 p. 763.

Ad fragm. 12. Kayserus aliique ipsum sequuti postrema verba Philetae assignarunt, falsa eademque vulgari interpunctione inducti, licet Sylburgius veram distinguendi rationem iam antea percepisset. Itaque Philetae nihil assignandum est, nisi extrema hexametri pars, quam exhibent verba, *νήχυτον ὕδωρ*. Cetera deprompta sunt ex Nicandri Theriacis 83. *μαράθου δέ ἑ νήχυτος ὄρπηξ*. Apud Etym. desideratur pronomen *ἑ*, quod ex Nicandri libris reponendum est, metro potissimum flagitante.

13.

Multa disputarunt Philologi quidam recentiores de Philetae carmine, cuius inscriptionem *Telephi* fuisse ferunt, auctoritate utentes Scholiastae ad Apollonium Rhod. IV, 1141.

Ἰστέον δὲ, ὅτι οὗτος μὲν [Ἀπολλώνιος] τὸν γάμον 25
τοῦ Ἰάσωνος καὶ τῆς Μηδείας γενέσθαι φησὶν ἐν τῷ τῆς Μάκριδος ἄντρῳ· Φιλητᾶς δὲ ἐν Τηλέφῳ (in Cod. Paris. extat *ἐν τῇ λέφῳ*) *ἐν τῇ τοῦ Ἀλκινόου οἰκίᾳ.* *)

Iam quidem G. I. Vossius Institutionis poeticae libro tertio (Operum T. III p. 147) Philetae Tele-

*) De hac fabula v. Apollodor. I, 9, 15.

phum sine dubio dramaticum fuisse poema censuit: cui sententiae quodammodo favere videtur, quod Euripides Telephum fabulam reapse in scenam produxisse narratur. *) Sed nihil aliunde compertum habemus de Philetae carminibus scenicis, ita ut in hac coniectura non satis firmiter persistere videamur. Deinde Io. Theaenetus Schneiderus in Analectis criticis (pag. 5) suspicatur carmen illud in mortem patris a Phileta scriptum esse. Verisimilis quidem ea suspicio, attamen nescio an minus vera. Itaque Heerenius in Commentatione de Fontibus Eclogarum Stobaei (p. 158) rem ita absolvere studet, ut, num drama illud fuerit an carmen elegiacum, non sine caussa dicat dubitari inter viros eruditos. Sed fortasse commodior patet via, in qua progressuri ad calcem perducamur. Notum est enim ex disputatione supra instituta Philetam patrem habuisse *Telephum*. Iam autem quam facile librarii cuiusdam animus levis atque imprudens induci potuerit ad confusionem, nemo est philologus, quin statim concesserit. Sed res magis etiam in aprico versatur, propterea quod aures offendit duplex praepositio ἐν, — ἐν Τηλέφῳ atque ἐν τῇ τοῦ Ἀλκινόου οἰκίᾳ. Sed quid multa? Totius confusionis vestigium indicat lectio Codicis Parisiensis ἐν τῇ λέφῳ, unde luce clarius evadit librarium ex sequentibus deprompsisse vocabula ἐν τῇ atque Τηλέφου scripturam imperfectam reliquisse. Nullus igitur amplius dubito, quin germanam lectionem ita restituam: Φιλητᾶς δὲ, ὁ Τηλέφου, ἐν τῇ τοῦ

*) V. Heyne ad Apollodor. II, 7, 4 p. 189.

Ἀλκυόνου οἰκίᾳ. Ad quodnam Philetae reliquiarum genus hoc fragmentum referendum sit, id quidem ad liquidum perduci nequit; attamen haud ita abhorret ab argumento, quale in carminibus elegiacis tractari solet.

II. *IAMBOI.*

Quoniam versuum iambicorum, qui passim in Stobaei Florilegio atque Eclogis Philetae ascribuntur, aliunde notitiam habemus nullam, seculo iam millesimo septimo Hugo Grotius (Postscript. Prolegg. ed. Florileg. p. LVI) eam admisit rationem, ut, quum saepe mutata inter se essent Philisci, Philemonis et Philetae nomina, tragicos versus Philisco, comicos Philemoni, elegiacos Philetae assignaret. Accuratius nuper in hanc rem adhibitis exemplis inquisivit Augustus Meinekius in praestantissima Menandri et Philemonis Reliquiarum editione (p. IX sqq.), quippe qui caussam erroris, in permutatione nominum invicem sibi similium apparentis, ex rationibus palaeographicis repetendam esse merito existimarit. „Nam cum omnia haec nomina, inquit, *Φιλήμων, Φιλιστίων, Φίλων, Φιλητᾶς, Φιλόξενος, Φίλιππος, Φιλιππίδης, Φιλίσκος,* alia eodem ferme a librariis compendio exararentur, quam proclivi lapsu alterum cum altero permutari potuerit, sponte intelligitur." Hanc enarrationem excipiunt exempla satis probabilia. Sed quum fragmenta haud exigua supersint iambica distincto nomine ad Philetam relata, res tamen ipsa

adhuc in dubitatione versatur neque omnino ad liquidum perduci potest. Colorem quidem scenicum omnia illa fragmenta satis aperte prae se ferunt, unde probari videatur Meinekii ratio, qui in Philemonis fragmentis incertis 7. 25. 26. 106 collocavit particulas Philetae nomine inscriptas. Attamen paullo cautius agendum in re tam incerta, quae, donec nova subsidia historica caussam decreverint, in medio relinquetur: quapropter versus iambicos non Dictatoris voce Philetae prorsus abiudicaturi, huic quidem Reliquiarum corpusculo iamiam inseremus.

1.

Stobaei Florileg. LXXXXVII, 19 p. 520 sq.

Φιλητᾶ.

Ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,
φθόνον τ' ἐπήρειάν τε καὶ μῖσος πολὺ
πράγματά τε πολλὰ κἀνοχλήσεις μυρίας

Ad fragm. 1. Cod. A inscriptionem praebet *Φιλήτου*. Trinc. omisit. Grotius atque Meinekius p. 395 tribuerunt Philemoni. Idem fragmentum extat in Comparatione Menandri et Philistionis p. 358 (cf. Meinekii praef. p. VII), ubi versu 1. *ἀεὶ ὁ πλοῦτος*.

„Vs. 2. emendarunt Salmasius et Rutgersius. Vulgo *φθόνον τε κἀπήρειαν κ. μ. π.* Salmasii et Rutgersii rationem confirmat quodammodo MS. Comparationis M. et Ph. in quo est *φθόνον τ' ἐπήριον*" — MEINEKIUS. Astipulatus erat etiam Bentleius Emendd. in Menand. et Philem. p. 126 = 551 (ed. Meinek.), qui nullo modo consistere posse Spondeum loco quarto recte iudicarit.

Vs. 3. Libri *καὶ ὀχλήσεις*. Bentleius autem l. c. ob hiatum concurrentium vocalium, abs quo veteres maxime ait cavisse, legendum suadet mutatione minima *κἀ-*

πράξεις τε πολλὰς συλλογάς τε τοῦ βίου·
ἔπειτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς εὑρέθη θανών,
ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν οὐσίαν.
ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἡδέως ἔχω,
ἔχειν τε μέτρια κἀμέριμνον ζῆν βίον,
καὶ μήτ' ἔχειν πλοῦτόν με μήτε πράγματα·
πᾶς γὰρ πένης ὢν μέγαλα κερδαίνει κακά.

νοχλήσεις: immo κἀνοχλήσεις, sine iota subscripto. v. Buttmanni Gram. Gr. Vol. I p. 115 Not. 4. Ad verbum ἐνοχλεῖν explicandum Iacobsius attulit exempla Anth. Gr. Palat. p. 732.

Vs. 5. Libri εἶτα μετὰ ταῦτα, cui Grotius ob metricas rationes praefixit καὶ. At Bentleius, Apage, inquit, deformem hiatum, et levi opera restitue, ἔπειτα μ. ταῦτ'. cf. Porsoni praef. ad Eurip. LV. Erfurdtii Observ. crit. in Athen. p. 10. Meinekius Latinorum quoque similem provocat usum ex Terent. Andr. III, 2, 3. *post deinde.* Propert. II, 3, 50 (II, 4, 6 ed. Lachm.) *dehinc — post haec* (non *postea*). Adde Aristophan. Ran. 1026. εἶτα — μετὰ τοῦτ'.

Vs. 6. Nescio, quid sibi velit Meinekius, qui admissa lectione μεταλείψας in Comp. M. et Ph. καταλείψας extare dicat. Sed in Stobaei editione Gaisfordiana, quam modo unice in promptu habemus, nulla indicata scripturae varietate, etiam καταλείψας legitur. De hac Aoristi forma vide Lobeck. ad Phrynich. p. 713 sqq.

Vs. 9. „Vulg. καὶ μήτ' ἔχειν με πλοῦτον, μήτε π. tu repone, Καὶ μήτ' ἔχειν πλοῦτόν με, μήτε πράγματα, ne Spondeus in loco quarto Senarium extinguat." BENTLEIUS.

Vs. 10. „κερδαίνει κακά, *pauperes multa mala compendifaciunt.* Ita recte Grotius, quamquam haec verbi κερδαίνειν significatio vix alibi reperiatur." MEINEK.

2.

Stobaei Eclogae Eth. I, 5 p. 16 sq.

Φιλητᾶ.

27 Θεὸν νόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή·
πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τοῦ ζητεῖν ἔχεις.
εἴτ' ἔστιν εἴτ' οὐκ ἔστι, μὴ βούλου μαθεῖν·
ὡς ὄντα τοῦτον καὶ παρόντ' ἀεὶ σέβου.
τί [δ'] ἐστὶν ὁ θεὸς, οὐ θέλει σε μανθάνειν.

Ad fragm. 2. Codd. V. A. E. Φιλήτα. Heerenius et Meinekius p. 405 hos quoque versus Philemoni reddendos esse censent.

Vs. 3. εἴτ' ἔστιν εἴτ' οὐκ ἔστι. Perstringit poeta Protagorae sententiam ap. Diogen. L. IX, 51. *Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.* cf. Critiae Carminum Rell. p. 66. — In Comp. M. et Ph. ἤτ' ἐστιν ἤτ' οὐκ.

Vs. 5. In omnibus Codd. hic versus cum praecedentibus coniunctus apparet, a Grotio primum seiunctus. Itaque Heerenius, ut sententiarum nexum restitueret, post τί supplendam suadet particulam δέ. Sed nova etiam offertur difficultas, propterea quod ille versus altero auctus apud Auctorem Comp. Men. et Ph. p. 359 (Meinek. p. 423 N. 86) tribuitur Menandro:

Τί ἐστιν ὁ θεὸς, οὐ θέλει σε μανθάνειν·
ἀσεβεῖς τὸν οὐ θέλοντα μανθάνειν θέλειν.

Tanta est horum fragmentorum iambicorum confusio.

3.

Appendix ad Stobaei Florileg. Vol. IV p. 81 (389 ed. Lips.) ex Cod. MS. Florentino Parallelor. sacr. Io. Damasceni.

Φιλητᾶ.

Ὅταν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ βίον, 28
οὐκ ἐπικαλεῖται τὴν τύχην εὐδαιμονῶν·
ἐπεὶ δὲ λύπαις περιπέσῃ καὶ πράγμασιν,
εὐθὺς προσάπτει τῇ τύχῃ τὴν αἰτίαν.

4.

Stobaei Florileg. LXVIII, 20 p. 421.

Φιλητᾶ.

Βίον καλὸν ζῇς, ἂν γυναῖκα μὴ ἔχῃς. 29

Ad fragm. 3. Praefixa est huic fragmento inscriptio *Φιλήτου*. Extat etiam in Comp. M. et Ph. p. 357 (p. 204 Meinek.) sub hoc titulo: *Μένανδρος περὶ τύχης*. Iam quidem difficillima est quaestio, utrum Menandro assignandi sint hi versus an Philemoni, an denique Philetae.

Vs. 1. Comp. M. et Ph. ante *βίον* habet articulum *τὸν*, quo totus versus perturbatur. Neque igitur MS. Flor. lectionem ubi sequeris, opus est verborum translocatione a Meinekio proposita: *Ὅταν ἀμερ. ἔχῃ τις ἡμῶν τ. β.* aut *Ἀμέριμνον ὅταν ἔχῃ τ. ἡ. τ. β.*

Vs. 2. *εὐδαίμονα*, ita MS. Flor., cui praeferenda videtur lectio Comp. M. et Ph. *εὐδαιμονῶν*, participium verbi *εὐδαιμονύω*.

Vs. 3. „malim *περιπέσῃ* [pro *ἐπιπέσῃ*, in Comp. M. et Ph.]. Nihil tritius formula *κακοῖς περιπίπτειν*, de qua vid. Wessel. ad Diodor. Sic. VII p. 345 et Wyttenb. Bibl. crit. III, 2 p. 68." MEINEK. Qua quidem coniectura nihil verius, quum eam confirmet MS. Flor.

Ad fragm. 4. Cod. A. *Φιλίτα*. Trinc. *Φιλήτου*. Extat etiam hic versus in Menandri, quae vocantur, Gnomis monostichis vs. 78 (Meinek. p. 315. cf. 427) Wakefieldius et Meinekius coniecerunt *λάβῃς*, posterior etiam *τρέφῃς*, pro vulg. *ἔχῃς*. Sine iusta ratione.

5.

Stobaei Florileg. LXXXI, 2 p. 468. Comp. Men. et Ph. p. 362.

Φιλητᾶ.

Ἆρ' ἐστὶ τοῖς νοσοῦσι χρήσιμος λόγος.
ὡς σπληνίον πρὸς ἕλκος οἰκείως τεθὲν
τὴν φλεγμονὴν ἔπαυσεν, οὕτω καὶ λόγος
εὔκαιρος εἰς τὰ σπλάγχνα κολληθεὶς φίλων
εὐψυχίαν παρέσχε τῷ λυπουμένῳ.

6.

Athenaeus II, 19 p. 43 F.

Εὔβουλος εὑρετικούς φησι τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον,

τὸν δ' οἶνον ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν.

τὰ αὐτὰ δ' ἰαμβεῖα καὶ ὁ Φιλητᾶς φησίν.

Ad fragm. 5. Versus tantummodo tres priores reperiuntur ap. Stob., quibus in Cod. A praefixum est lemma *φιλήτα*, in Trinc. *Φιλήμονος*, quod utrumque Gesnerus infausto omine ita consarcinavit: *Philemonis in Phileta.* Duobus versibus auctum praebet fragmentum Comp. M. et Ph., ubi Philemoni ascribitur. V. Meinek. p. 405.

Vs. 1. Codd. A. m. sec. B. *Ἆρ'* (corrige *ἄρ'*) *ἐστὶ τοῖς νοσοῦσι χρήσιμος λόγος.* Vulg. *ἄρ' ἔστι λόγος τ. ν. χ.* In Comp. M. et Ph. *πάρεστιν ὁ λόγος τ. ν. χ.* Prima lectio haud dubie praestat. Sine postremis versibus, qui desiderantur apud Stobaeum, sententia non absolvitur; quamobrem eos addendos esse censuimus.

Ad fragm. 6. Vulgo hic legitur ὁ *Φιλητᾶς*. At Porsonus in *Miscell. Tracts* p. 233. MSti nescio cuius scripturam memorat *ὁ φελῖ*, unde refinxit *Ὠφελίων*, poetae comici nomen, cuius alibi apud Athenaeum fit mentio. V. Schweighaeuseri Ind. p. 159. Cui emendationi Dindorfius ait favere B, qui *ὠφελίτας* praebeat: unde tamen meliori iure reponendum mihi videtur ὁ *Φιλητᾶς*. Meinekius Praef. ad Men. p. X merito impro-

7.

Hesychius v. *Σκύζης.* *Παρὰ Φιλητᾷ·*

παύσω σε τῆς σκύζης — —

ἀντὶ τοῦ τῆς καπρᾶς. 32

---

bans Heynii rationem in Philetae editione Kayseriana propositam: „Certissimum est, inquit, hic etiam Comici poetae, sive Philemonis sive Philetaeri, nomen latere, qui, ut solebant poetae Graecorum comici sua invicem scrina compilare, Eubuli versus suos in usus converterat." At si quidem Philetae eripiendum est hoc fragmentum, rectissimam viam ingressus esse videtur Porsonus.

Ad fragm. 7. Meinekius Praef. ad Men. p. X. „Comicum poetam, non elegiacum hic laudari docet senarii hemistichium:

Παύσω σε τῆς σκύζης —

Corrigendum igitur aut *παρὰ Φιλήμονι*, aut *παρὰ Φιλεταίρῳ.*" Attamen sicut in ceteris reliquiis iambicis, imprimis accuratius est demonstrandum Philetam nullos omnino scripsisse versus iambicos, sive puros sive in carminibus scenicis (quorum tamen nulla omnino ad nos pervenit notitia) admissos. —

Σκύζα explicatur voce *καπρά*, quae hodie in Lexicis desideratur, unde viri docti ad h. l. alii aliud tentarunt, *σκυθρωπίας, λέπρας, πικρίας.* Quod tamen fecerunt imprudenter. Deest quidem alter locus, ubi legatur *καπρά*, sed notum est vocabulum *καπρεά* (*suum ovarium*), cuius forma contracta *καπρά, καπρᾶς*, neque est, quem fugiat verbum *καπρᾶν*, idque significationem habens, quae prorsus accommodata est ad vocem *σκύζα* interpretandam. Etenim *καπρᾶν*, i. q. *subare*, proprie dicitur de suibus femininis coitum appetentibus, deinde ad mulieres transfertur eadem libidine laborantes. Aristophan. Plut. 1024 *γραὸς καπρώσης*, ubi Schol. *ἐρωτομανοῦς, μαχλώσης.* cf. Intpp. ad h. l. et Meinek. ad Men. et Ph. p. 277. Huc accedit, quod suibus, ne amplius coitum appeterent, ovarium (*καπρεά*) excindi solebat.

B. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΑ ΚΑΙ ΚΡΙΤΙΚΑ.

a. ΑΤΑΚΤΑ.

Philetae Ἄτακτα, quae pluribus Athenaei locis excitantur, haud dubie eadem sunt, quae ἄτακτοι γλῶσσαι nominantur apud Scholiastam ad Apollon. Rhod. IV, 989 sive simpliciter etiam γλῶσσαι apud Etymolog. M. p. 330, 39. *) Quae quidem sententia quam vera sit, hinc potissimum apparet, quod Athenaeus XI, 91 p. 495 E Clitarchum laudat, ἐν ταῖς Γλώσσαις et statim post Philetam ἐν Ἀτάκτοις: nempe utrumque vocabulum idem paene significare videtur. Ἄτακτα proprie denotant *inordinata, non disposita in iustum ordinem*, i. e. *vocabula sine iusto ordine congesta et explicata*, sive, ut Schweighaeuserus (ad Athen. III p. 114 E.) interpretatur, *Miscellanea*, *Glossae miscellae*. Iam vero litterarumne seriem ducem persequutus sit Philetas in singulis vocabulis disponendis, prorsus incertum est: quae tamen ratio, a Kaysero etiam commendata, nobis commodissima videtur, quam in fragmentorum dispositione praeferamus. Multae quidem apud scriptores veteres Philetae extant particulae, quibus non est praefixa Ἀτάκτων sive

*) Eadem est sententia F. A. Wolfii Prolegg. ad Homer. p. CXCVI sq. N. 67. ubi tamen corrigenda sunt ea, quae in Scholiis ad Apollon. Rhod. afferri non recte edixit vir accuratissimus.

Γλώσσῶν inscriptio, sed quarum ratio et natura eiusmodi est, ut ad alium titulum referri nequeant: quamobrem minime cunctati sumus eas in ordinem recipere.

Frid. Aug. Wolfius (Prolegg. ad Homer. p. CXCVI) pro innato sibi acumine in omnibus rebus eleganti optime perspexit in scriptis, qualia fuerint Philetae *Ἄτακτα* sive *Γλῶσσαι*, rariora et ab usu abhorrentia vocabula et locutiones explicari. Quod potissimum apparet ex Stratonis *) Comici loco, apud Athenaeum (IX, 29 p. 383 A. B.) conservato:

Τὰς οὐλοχύτας φέρε δεῦρο. Τοῦτο δ' ἔστι τί;
Κριθαί. Τί οὖν, ἀπόπληκτε, περιπλοκὰς λέγεις;
Πηγὸς πάρεστι; Πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
ἐρεῖς σαφέστερόν θ' ὃ βούλει μοι λέγειν;

*) *Στράτων* vocatur hic poeta Comicus, hinc illinc cum *Strattide* commutatus. Meinekius in Quaestionum scenicar. Spec. II p. 68 recte observavit: „In hoc Strattidis fabularum recensu consulto omisimus Phoenicidem, quam fabulam cum viri docti ab Athen. IX p. 382 c. Stratoni tribui vidissent, iterum Stratonis et Strattidis nomina permutata esse crediderunt. Villoisonus Praef. ad Apollon. p. XXII etiam fabulae nomen depravatum esse putat scribitque apud Athenaeum: *παρὰ Σράττιδι ἐν Φοινίσσαις* pro edita omniumque librorum auctoritate firmata lectione: *παρὰ Στράτωνι ἐν Φοινικίδῃ*. Sed quamvis Strato comicus nonnisi ab uno Suida diserte commemoretur (nam ubi praeterea eius nomen legitur ibi constanter Strattidis locum occupavit), et quamvis ob eam causam permagnam de Stratone, poeta comico, dubitationem nasci non diffitear, in illo tamen Athenaei loco Strattidem commemorari omnino non potuisse certissimis argumentis, ubi ad mediae comoediae poetam ventum fuerit, demonstrabimus.

Ἀτάσθαλός γ' εἶ, πρέσβυ· φησίν. ἄλας φέρε.
τοῦτ' ἔστι πηγός. ἀλλὰ δεῖξον χέρνιβα.
παρῆν, ἔθυεν, ἔλεγεν ἄλλα ῥήματα
τοιαῦθ'; ἃ μὰ τὴν Γῆν οὐδὲ εἷς ἤκουσεν ἄν,
μίστυλλα, μοῖρας, δίπτυχ', ὀβελοὺς, ὥστε με
τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίων
σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων,
πλὴν ἱκέτευον αὐτὸν ἤδη μεταβαλεῖν,
ἀνθρωπίνως λαλεῖν τε. —

τῶν τοῦ Φιλητᾶ βιβλίων, intellige τὶ, nimirum ex multis, quos scripserat, libris eum potissimum, in quo vocabula illa rariora explicata erant. Iam vero satis probabiliter concluditur vocabula a Stratone laudata olim habuisse sedem in Philetae Glossario: Οὐλοχύται, πηγὸς, χέρνιβα, μίστυλλα, μοῖραι, δίπτυχα, ὀβελός. Ad Philetae explicationes criticas et grammaticas respicit etiam Hermesianax (fragm. 5, 78), qui Philetam post condita carmina elegiaca proponit insuper

ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.

Ex hoc loco Hermesianacteo luce clarius evadit vanam atque inanem eorum esse sententiam, qui diversum fuisse statuunt Philetam poetam atque grammaticum. Iam Groddeckius quidem (Hist. litt. Gr. Vol. II p. 46) temporum rationem repugnare contendit, quod tamen unde iustis argumentis comprobetur ostendere neglexit. Varia insuper in hunc Philetae librum commentati sunt viri docti, quae tamen ne verbo quidem tangamus, quum maximam partem somnii instar verissimis rerum monumentis et ipsa sana mente refellantur.

1. ΑΓΚΑΛΗ. 33

Hesychius v. ἄμαλλα.

δράγματα, δέσμαι τῶν ἀσταχύων. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ. ἀγκάλη, δράγματα ἑκατόν, ὡς φησιν Ἴστρος· Φιλητᾶς δὲ ἱστορεῖ ἐκ διακοσίων.

2. ΑΜΟΡΑΙ. 34

Athenaeus XIV, 5 p. 646 D.

Ἀμόραι. τὰ μελιτώματα Φιλητᾶς ἐν Ἀτάκτοις ἀμόρας φησὶ καλεῖσθαι. μελιτώματα δ' ἐστὶ πεπεμμένα.

3. ΑΜΦΩΤΙΣ. 35

Athenaeus XI, 25 p. 783 D.

Ἀμφωτις. ξύλινον ποτήριον, ᾧ χρῆσθαι τοὺς ἀγροίκους, Φιλητᾶς φησι, τοὺς ἀμέλγοντας εἰς αὐτὸ καὶ οὕτω πίνοντας.

Ad Glossam 1. Hic locus, qualis vulgo legitur, corruptissimus est. Prima verba, quae proprie huc non spectant, partim restituta sunt ex Alberti coniectura, revocantis ad Etymolog. M. v. Ἄμαλλαι p. 76, 46. Vulgo δέσμη, sed apud Schowium legitur δέσμει, quod favet emendationi. Idem Albert. pro ἄμαλλα proposuit ἄμαλλαι, quod tamen ab eo temere factum esse probatur sequenti ἀγκάλη. Sequentia verba ex Schowii fontibus MSS. reposita sunt. Pro vulg. δράγματα δύο apud illum legitur δράγματα ρ', quod est ἑκατόν. Hoc scholium sive ex Hesychio sive ex communi quodam fonte imprudenter transcripsit Scholiasta ad Theocrit. X, 44. ΑΜΑΛΗ δὲ συνέστηκεν ἐκ δραγμάτων ἑκατὸν ἢ καὶ διακοσίων. Etenim confudit voces ἄμαλλα et ἀγκάλη. Neque levius est peccatum, quod peccavit Kayserus, quippe qui in fronte huius fragmenti posuerit glossam Ἄμαλλαι, quasi hanc vocem explicuerit Philetas. In verbis: Φιλητᾶς (Schow. Φιλίτας) δὲ ἱστορεῖ ἐκ δ. subaudiendum est, τὴν ἀγκάλην συνεστηκέναι.

Ad Gl. 2. μελιττώματα PVL, duplicata, AC. simplici littera τ.

Ad Gl. 3. Hoc fragmentum atque multa eorum, quae id excipiunt, ad Ἄτακτα sive Γλώσσας pertinere si quis non perspexit, eum oculorum aut mentis acumine laborare, certissimum est.

36 4. ἌΣΤΑΙΓΞ.

Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1297.

Ὄστλιγγας δὲ ἐνταῦθα τὰς λαμπηδόνας. εὕρηται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν βοστρύχων.

ὀστλίγγων δ' αἰέναι εἴφαρ ῥεείας·

τοῦτο δέ φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ β' τῆς καθόλου. παρὰ μέντοι Ἀπολλωνίῳ καὶ Φιλητᾷ εὕρηται διὰ τοῦ ᾱ. Hinc sequitur Philetam scripsisse ἄστλιγξ.

37 5. ἈΧΑΙΆ.

G. H. C. Koesii Excerpta e Codice Regio Paris. MMDCXXX in Orionis Thebani Etymolog. p. 185 ed. Sturz.

Ἀχαιά· ἡ Δημήτηρ παρὰ Ἀττικοῖς. εἴρηται παρὰ τὸ ἄχος τῆς λύπης. οὕτω Δίδυμος. καὶ ὅτι μετὰ κυμβάλων ἠχοῦσα τὴν Κόρην ἐζήτει· ἢ, ὡς Φιλητᾶς, τὰς ἐρίθους ἀχαιὰς ἐκάλουν.

38 6. ἌΧΝΗ.

Stephanus de Urbibus v. Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας·

Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ (VII, 123). Ἐρατοσθένης δὲ Ἄχνας αὐτὴν φησι· Φιλητᾶς δ' Ἄχνην φησὶ διὰ τοῦ ᾱ.

39 7. ἍΛΤΟΝ.

Athenaeus XI, 23 p. 783 A.

Ἄλωτον, παρὰ Κυπρίοις, τὸ ἔκπωμα, ὡς Πάμφιλος. Φιλητᾶς δὲ ποτήριον οὐς οὐκ ἔχον.

40 8. ΒΑΒΥΚΆΣ.

Hesychius v. Βαβυκώς (lege βαβυκάς), πελεκὰν, ὡς Φιλητᾶς. ἀμεριάσας βουκάλας.

Ad Gl. 7. cf. Eustath. ad Iliad. α, 444 p. 1429, 21.

Ad Gl. 8. Locus corruptissimus, cuius verba tamen ad Philetam pertinentia licet sanari. Sopingius coniecit Βαβυκάς, πελεκάν, quia infra legatur βαβυκᾶντες, πελεκᾶνες. Acute atque vere: nam πελεκὰν exhibet etiam Schow. pro vulg. πελεφάν. Prius vocabulum apud Schow. est βαβῦκώς. In sequentibus verba ita expressimus, ut leguntur apud Schow. Vulg. Ἀμερίας, βουκάλας, ut intelligatur Amerias Glossographus. Sed vera salus spectanda ex Codicibus.

9. ΓΥΑΛΑΣ. 41

Athen. XI, 31 p. 467 C.

Γνάλας. Φιλητᾶς ἐν Ἀτάκτοις Μεγαρέας οὕτω φησὶ καλεῖν τὰ ποτήρια γνάλας.

10. ΔΕΙΝΟΣ. 42

Athen. XI, 32 p. 467 F.

Κυρηναῖοι δὲ τὸν ποδονιπτῆρα δεῖνον ὀνομάζουσιν, ὡς Φιλητᾶς φησιν ἐν Ἀτάκτοις.

Ad Gl. 9. Cod. C. *γνάλα*. A. P. V. L. *γύαλα*. Neutro contentus Schweighaeuserus emendavit *γνάλας* (forma Dorica pro vulg. *γνάλης*), sicut mox legatur *γνάλας, ποτηρίου εἶδος*, Parthenio auctore, quem excitat Athenaeus. „Item, inquit, apud Etymologum p. 243. l. 13. *Γνάλας* *), *εἶδος ποτηρίου παρὰ Μακεδόσι*. Quod ipsum etiam latet in illo mendoso apud Hesychium *Γνλλὰς, εἶδος ποτηρίου, παρὰ Μακεδόνων*. Confer vero etiam Hesychii Interpp. T. I pag. 863 not. 2. et Maittaire Dialect. p. 279. Codex A in contextu habet *Γύαλα*, in ora vero *περὶ γύλης*." —

Ad Gl. 10. Variant libri in scriptura vocis *δεῖνος*, de qua vide Dindorf. p. 1046. Hoc Philetae loco Cod. A *δεῖνον* exhibet, atque ceteri etiam, ut videtur, tacente Dindorfio. Sed postea ad unum libri omnes *ἐν Ἀττικοῖς*, unde mira prodierunt virorum vel doctissimorum insomnia. Toupius in Epist. crit. p. 141 vulgatam lectionem ita defendit, ut Philetae opus, alias *Ἄτακτα* inscriptum, pleniorem fortasse titulum habuisse putet *Ἀττικὰ ἄτακτα*. Sed haec opinio omni destituta est fide historica. Atque G. I. Vossius de Hist. Gr. lib. 3. hac unica Athenaei lectione confisus, Philetam inter scriptores Historiae Atticae recensere conatus est. Kayserus denique (p. 34 N. 50), quoniam Philetae, Philemonis et Philonis nomina saepe permutentur, hoc fragmentum Philemoni tribuendum alucinatur, quippe qui

*) In editione novissima a Weigelio parata (Lipsiae 1816, 4) legitur *γνάλος*, quod tamen operarum aut correctorum securitati deberi vel accentus demonstrat.

43 11. ΕΛΙΝΟΣ.

Etymolog. Magn. p. 330, 39.

Ἕλινός, ἡ ἄμπελος, ὡς Ἀπολλόδωρος· Φιλητᾶς (vulg. Φιλίτας) δ' ἐν Γλώσσαις τὸν κλάδον τῆς ἀμπέλου.

44 12. ΘΕΤΤΑΛΑΙ.

Hesych. v. Θέσπαλαι (leg. Θετταλαί), αἱ Κῶαι, παρὰ Φιλητᾷ, καὶ αἱ φαρμακίδες.

45 13. ΙΑΚΧΑ.

Athen. XV, 22 p. 678 A.

Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἴακχαν τινὰ καλούμενον οἶδα στέφανον ὑπὸ Σικυωνίων, ὥς φησι Τιμαχίδας ἐν ταῖς Γλώτταις. Φιλητᾶς δὲ οὕτως γράφει· Ἴακχα ἐν τῇ Σικυωνίᾳ στεφάνωμα εὐῶδες.

46 14. ΙΣΘΜΙΟΝ.

Athenaeus XV, 21 p. 677 C.

Σιληνὸς δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις φησίν· „Ἴσθμιον στέφανον." Φιλητᾶς δέ φησι· Στέφανος, ἤγουν ὁμωνυμία

λέξεις Ἀττικὰς conscripserit. Nihil sane apertius, nihil verius, quam quod proposuit Schweighaeuserus, pro ἐν Ἀττικοῖς scribendum esse ἐν Ἀτάκτοις: quae quidem verba quam facile commutari atque invicem unum alteri corrumpendi caussam suppeditare potuerint, nemo fere infitias ibit.

Ad Gl. 11. Philetae interpretationem sive ex ipsius Glossario sive ex rivulo illinc deducto transcripsit Schol. ad Nicandri Alexiph. 181. ἑλίνοιο, τοῦ κλάδου τῆς ἀμπέλου. cf. Hesych. v. ἕλινος.

Ad Gl. 12. Hic locus, licet paullulum sanatus, aliquot tamen reliquit corruptionis vestigia. Θέσσαλαι iam reposuerunt Salmasius, Sopingius, alii pro vulg. Θέσπαλαι, quod vitiosum est manifesto. Nimirum Suidas: Θετταλὴ γυνὴ, ἐπὶ τῶν φαρμακίδων· διαβάλλονται γὰρ οἱ Θετταλοὶ ὡς γόητες. Schol. ad Aristoph. Nub. 747. ὡς νῦν τὰς φαρμακίδας Θετταλὰς καλοῦσι. Simile mulierum veneficarum genus olim apud Coos fuisse videtur.

Ad Gl. 13. Eadem haec glossa reperitur apud Hesych. v. Ἴακχα, στεφάνωμα εὐῶδες ἐν Σικυωνίᾳ.

ἀμφοτέρωθι, οἷον τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πρώτου κόσμου. λέγω δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ φρέατος καὶ τοῦ πρώτου κόσμου. λέγω δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ φρέατος καὶ τοῦ ἐγχειριδίου ἴσθμιον.

15. ΚΡΗΊΟΝ. 47

Athenaeus XIV, 53 p. 645 D.

Κρήιον, πλακοῦς ἄρτος, ὃν Ἀργεῖοι παρὰ τῆς νύμφης πρὸς τὸν νυμφίον φέρουσιν. ὀπτᾶται δ' ἐν ἄνθραξι, καὶ καλοῦνται ἐπ' αὐτὸν οἱ φίλοι, παρατίθεται δὲ μετὰ μέλιτος· ὡς φησι Φιλητᾶς ἐν Ἀτάκτοις.

16. ΚΎΠΕΛΛΟΝ. 48

Athenaeus XI, 65 p. 483 A.

Φιλητᾶς δὲ [φησὶ] Συρακοσίους κύπελλα καλεῖν τὰ νῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα.

17. ΌΜΠΝΙΟΣ. 49

Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 989.

Ὄμπνιον δὲ στάχυν φησὶ τὸν πολὺν καὶ δαψιλῆ. Φιλητᾶς δὲ ἐν ἀσάκτοις γλώσσαις ἀπέδωκε τὸν εὔχυλον καὶ τρόφιμον. Κυρηναίων δέ τινες τὸν πλούσιον καὶ

Ad Gl. 15. „*Κρήιον*, placentam, carnes immixtam habuisse aut intus recepisse, instar earum, quas vernaculus sermo *pastas* (*Pasteten*) vocat, suadet nomen. Nam *κρήιον* apud nescio quem exponitur ab Hesychio *κρεοδόχον*." CASAUBON.

Ad Gl. 16. *Συρακοσίους* dedit Dindorfius. Vulgo *Συρακουσίους*. „*Syracusani κύπελλα* appellasse dicuntur *τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα*, *reliquias mazae* aut *panis:* quae Evangelistis quattuor *κλάσματα* nuncupantur. Hac ratione *κύπελλον* originem habet a *κόπτω*, ut *κλάσμα* a *κλῶ*. In loco *τοῦ ō* positum est *ῡ*, ut in *ὄνυμα* pro *ὄνομα*, *ἀσσύτερον* pro *ἀσσότερον*. Posterior aetas alia forma idem nomen formavit: nam apud Suidam et in aliquot Glossarii locis *κόπαιον* sive *κόπειον* legere est pro *frusto* et *fragmento*." CASAUBON.

Ad Gl. 17. Multis locis emendatum est hoc scholium ex Cod. Paris., quod apud Kayserum longe corruptissimum legitur.

εὐδαίμονα ὄμπνιον στάχυν φασίν. Βέλτιον δὲ ἐκλαμβάνειν τὸν φερέσβιον, ἀπὸ τοῦ ἔμπνεόν τινα ὄντα καὶ ὄμπνιον.

50 18. ΠΕΛΛΑ.

Athenaeus XI, 91 p. 495 E.

Κλείταρχος δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις πελλητῆρα μὲν καλεῖν Θεσσαλοὺς καὶ Αἰολεῖς τὸν ἀμολγέα, πέλλαν δὲ τὸ ποτήριον. Φιλητᾶς δ' ἐν Ἀτάκτοις τὴν κύλικα Βοιωτούς.

51 19. ΠΡΟΞ.

Io. Zonarae Lexic. p. 1579 ed. Tittmann.

Πρόκας, ἢ αἶγας κεραοὺς ἢὲ πρόκας. πρόξ ἐστι ζῶον μικρὸν, ὅμοιον ἐλάφῳ, ὃ λεγόμενος νεβρός. Διονύσιος δὲ ὁ Ἀθηναῖος τοὺς ἐλάφους λέγει πρόκας· ὅθεν καὶ ἡ Προικόνησος, γράφεται καὶ Προικόννησος· ἐν αὐτῇ γὰρ πλήθουσιν ἔλαφοι. Φιλητᾶς δέ φησι πρόκας τὰς ἐλάφους τὰς πρῶτον τικτομένας, οἷον πρωτοτόκους.

52 20. ΠΡΟΧΥΤΗΣ.

Athenaeus XI, 94 p. 496 C.

Φιλητᾶς δ' ἐν Ἀτάκτοις ἀγγεῖον ξύλινον [φησὶ τὸν προχύτην], ἀφ' οὗ τοὺς ἀγροίκους πίνειν.

53 21. ΣΚΑΛΛΙΟΝ.

Athenaeus XI, 98 p. 498 A.

Σκαλλίον, κυλίκιον μικρὸν, ᾧ σπένδουσιν Αἰολεῖς, ὡς Φιλητᾶς φησιν ἐν Ἀτάκτοις.

Ad Gl. 19. Idem scholium paullisper immutatum repetitur apud Schol. ad Apollon. Rhod. II, 279. Etymol. M. p. 689, 23.

Ad Gl. 21. Codd. A. B. P. V. *κάλλιον*, et margo A. *περὶ καλλίου*. Totum locum omisit C. „Et *σκαλλίον* et *σκαλλὸν* poculorum esse nomina etiam Hesychius observat. [*Σκαλλίον, κυλίκιον μικρόν· οἱ δὲ Σκαλλόν.* Recte scribitur *σκαλλίον, παροξυτόνως*, unde corrigendus est Athenaeus, cuius editiones vulgo exhibent formam *προπαροξυτόνην*.] Ratio autem appellationis haec. *Σκάλλειν* Graecis idem significat ac *σκάπτειν*, *fodere*, *cavare*.

22. ΣΚΕΊΡΟΣ. 54

Hesychius v. Σκεῖρος, ῥύπος, καὶ ὁ δριμὺς τυρὸς, καὶ ἄλσος καὶ δριμός. Φιλητᾶς δὲ τὴν πυῤῥώδη γῆν.

23. ΣΠΟΛΕΑΣ. 55

Athenaeus III, 81 p. 114 E.

Φιλητᾶς δ' ἐν τοῖς Ἀτάκτοις σπολέα καλεῖσθαί τιν' ἄρτον, ὃν ὑπὸ τῶν συγγενῶν μόνον καταναλίσκεσθαι.

24. ΥΠ' ΑΥΝΗΝ. 56

Hesychius v. Ὑπ' αὐνὴν, παρεκατέω Φιλητᾶς.

Quemadmodum igitur a σκάπτω deductis nominibus, σκάφη, σκαφὶς, σκαφίον et σκύφος, varia instrumenta nominarunt, quae cavando fieri videbant: sic a σκάλλω *cavatum lignum in usum poculi* appellarunt σκαλλόν." CASAUBONUS.

Ad Gl. 23. τιν' ἄρτον B. τινα ἄ. P. V. L. Schweighaeuserus: „Certe, inquit, quod adiicitur ὑπὸ τῶν συγγενῶν μόνον καταναλίσκεσθαι, non in universum de *cognatis* intelligi par est, sed de illis *Regis Persarum cognatis*, de quibus agitur lib. II pag. 48 e. ubi etiam τὸ συγγενικὸν ἄριστον (*convivium cognatorum*) commemoratur. Suspectam vocem συγγενῶν habet CORAY, corrigitque εὐγενῶν, recordatus verborum Antiphanis p. 112 c. πῶς γὰρ ἄν τις εὐγενὴς γεγὼς et quae ibi sequuntur. Istud igitur panis genus (inquit) adponebatur tantum ἐν ταῖς γεννικαῖς εὐωχίαις (infra p. 347 d.) *in nobiliorum epulis.*" — Attamen magis acuta quam vera nobis videtur Coraïs coniectura.

Ad Gl. 24. Dedimus hunc locum corruptissimum, qualis legitur apud Schowium, nisi quod pro φιλιτάς, forma apud illum constanter obvia, reposuimus Φιλητᾶς. Vulgo: Ὑπ' αὐνήν. παρ' Ἑκαταίῳ Φιλητᾶς. Cetera sagaciores olim ad liquidum perducent. Multa quidem tentarunt viri docti, sed veram rationem nemo indagavit. IS. VOSSIUS: „ὑπαύλια, inquit, et παραύλια idem sunt quod ἑκαταῖα, nempe *sterquilinia et sordes, quae extra autam proiiciebantur.*" Idem paullo inferius: „Quod autem ab *Hecate* dicta putant ἑκαταῖα, id nescio an verum sit. Rectius ἑκαταῖα formes ab ἑκάς, quia *seorsim* removentur loca istaec, ubi sordes egeruntur."

57 25. ΥΠΕΖΩΣΘΑΙ.

Hesychius v. Ὑπεζῶσθαι, τὸ εἰς ἄνδρας ἐλθεῖν, Φιλητᾶς.

58 26. ΥΠΟΘΥΜΙΣ. ΥΠΟΓΛΩΤΤΙΣ.

Athen. XV, 22 p. 678 D.

Φιλητᾶς δ' ἐν τοῖς Ἀτάκτοις ὑποθυμίδας Λεσβίους φησὶ καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ ἄλλα ἄνθη. καὶ ὑπογλωττὶς δὲ στεφάνου ἐστὶν εἶδος.

Superest locus apud Schol. ad Theocrit. VII, 151. quem, quum magna difficultate prematur,

---

Albertius coniectura *ὑπ' αἰνήν*, quod sit pro *τὸ τῆς Αἰνῆς* [i. e. *Ἑκάτης*] *ἄγαλμα*, silentio est opprimenda.

Ad Gl. 25. Libri omnes, etiam Schowii, exhibent *ἀΛΓδρας*, unde Iunius reficere conatus est *ἀλινδήθρας*, i. q. *κονίστρα*, *volutabrum*. Multo propius ab litterarum ductibus abest Salmasii emendatio, *εἰς ἄΝδρας ἐλθεῖν*, de mulieribus dictum, quae concubitus caussa viro tanquam *substratae sunt*. Ὑπεζῶσθαι compositum esse videtur ex praepositione *ὑπό* et verbo *ἐζόω*, quae quidem forma peculiaris, quamvis alibi desideretur, tamen ad verbum *ἕζω*, *ἕζομαι* referenda esse videtur. Significatio, quam praepositioni *ὑπό* assignavimus, ex carminibus Homericis nota est vel tironibus.

Ad Gl. 26. Ὑποθυμίδας Cod. ABC. *ὑποθυμάδας* L. *κλῶνα* Libri omnes praeter B, qui praebet *κλῶνας*. Casaubono ea, quae de *hypoglottide corona* sequuntur, sine caussa hoc loco posita esse videntur, quum paullo ante eadem ex iisdem scriptoribus Athenaeus descripserit. Ex iisdemne scriptoribus? Philetae interpretatio, quae ad nostrum consilium unice spectat, altero illo loco ne verbo quidem attingitur. Ibi enim (p. 677 A. B.) locus Platonis Comici excitatur, cuius hicce potissimum versiculus memorabilis:

στεφανοῦσθ' ὑπογλωττίσιν, ὅταν πίνητέ που.

Deinde adiicitur Theodori explicatio: *πλοκῆς στεφάνων γένος τι τὴν ὑπογλωττίδα ἀποδίδωσιν.*

Toupio duce (Addenda in Theocrit. p. 410=428 ed. Berol.) emendatum proponamus:

Ποιμένα δὲ τὸν Πολύφημον τὸν Κύκλωπα λέγει, ὃς 59
ἀντὶ λίθων ὄρη ἔβαλλε, ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους, ὡς
Δημήτριός φησι. Τοὺς πεπτωκότας οὐκ οἶδ' ὅπη
Φιλητᾶς.

Postremo mentionem faciamus loci, quem Ruhnkenius temere, ut videtur, ad Philetam reducere studuit, in Scholiis ad Apollon. Rhod. III, 118.

Ἐψιόωντο, ἀντὶ τοῦ ἔπαιζον. Φίλων δὲ ἀντὶ τοῦ 60
ὡμίλουν, παρὰ τὸ ἔπος.

Ad fragm. 59. Vulgo ponitur Comma post *φησι*, atque extrema vox in omnibus libris scribitur *φιλότης* s. *φιλότας*. Toupius l. c. primum proponens *φιλοπότης*, deinde requiescit in *Φιλητᾶς*, quod tamen nescio cur maiori interpunctione separaverit a verbis praecedentibus. Structura, nisi fallor, est haec: *οὐκ οἶδα, ὅπη Φιλητᾶς* (subaudiendum est *φησὶ*, i.e. *exponit, explicat, interpretatur*) *τοὺς πεπτωκότας*, i. e. *λίθους, τοὺς πεπτωκότας ὑπὸ Πολυφήμου*. Denique quod addit Toupius: „In *Glossis* saepius laudatur Philetas", id quidem non satis accurate expressum est, propterea quod dubitari licet, utrum ad *Ἄτακτα* sive *ἀτάκτους γλώσσας*, an ad Explicationes Homericas, de quibus modo disputabitur, referendum sit illud fragmentum.

Ad fragm. 60. Ruhnkenius in Epist. crit. II p. 296 pro librorum lectione *Φίλων* reposuit *Φιλητᾶς*. „Respicit, inquit, eius *ἀτάκτους γλώσσας*, quas laudat [Schol. Apollon. Rhod.] ad IV, 989. Nam Philo Grammaticus, quem Etymologus M. saepe commemorat, recentior est, quam ut ab hoc Scholiaste laudari potuerit." Talis vox dictatoris philologi indigna est viro ceteroquin modestissimo. Probandum erat ante omnia rationibus criticis illam Glossam omnino non posse referri ad Philonem Grammaticum, quod tamen vix fieri potest.

β. Περὶ τῆς Ὁμηρικῆς Ἐτυμολογίας.

Iam denique supersunt ingenii Philetei monumentorum reliquiae, in quibus disputatur de lectionibus Homericis, quorum tamen quinam proprius fuerit titulus, non est unde possis indagare. Nimirum locus Scholiorum Io. Tzetzae ad Exeg. in Iliad. p. 126, 9 ed. Hermann., ubi in eorum numero, qui *Etymologiae Homericae* operam navarint, collocatur etiam Philetas, titulum exhibet nimis generalem, quem vix a Phileta ipso profectum esse contenderis: *Πολλοὶ τῆς Ὁμηρικῆς ἐτυμολογίας ἐπεμελήθησαν] Πλάτων, καὶ Ἀριστο... οἱ φιλόσοφοι, Σωρανός, Ἡρωδι..., Φιλόξενος, Ἀριστόξενος, Ἀπ...., Τυραννίων, Ἀρίσταρχος, Ζηνόδοτος, Φιλητᾶς, Σαπφώ, καὶ ἕτεροι.* At quoniam deficit inscriptio specialis, neque ex ipsorum fragmentorum ratione certi quidquam conficiatur, acquiescamus in ea, quae proxime abest a germana. Memoratu etiam dignissimum est, quod apud Schol. Venet. A. ad Iliad. *β*, 111 Aristarchi *πρὸς Φιλητᾶν* laudatur *σύγγραμμα*, quod procul dubio Philetae rationes criticas et exegeticas in Commentariis istis expositas perstrinxisse putandum est. Itaque singulas particulas, quae hodie supersunt, secundum librorum Homericorum seriem diligenter considerabimus.

1.

Schol. A. ad Iliad. β, 269.

ἀλγήσας δ', ἀχρεῖον ἰδὼν, ἀπομόρξατο δάκρυ. ἰδών: ὅτι Φιλητᾶς τὸ ἰδών περισπᾷ, οἷον 61
τῶν ὀφθαλμῶν, ἰδιῶν. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος ἰδέας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶπεν. ἔστιν οὖν τὸ ἀχρεῖον ἰδών ἐντελῶς σχηματίσας.

Vide Heynii Lectt. et Observv. in h. l. Tom IV p. 246.

2.

Schol. A. ad Iliad. φ, 126.

θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαΐξει ἰχθύς, —

ἢ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Φιλητᾶς γὰρ καὶ 62
Καλλίστρατος γράφουσι φρῖχ' ὑπαλύξει, λέγοντες, ὅτι οἱ πίονες τῶν ἰχθύων καὶ εὔτροφοι τὸ ψύχος ὑπομένουσι καὶ οὐ φθείρονται. ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ ψύχος εἴρηκεν, ἀλλα τὸ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα, ὁμωνύμως δὲ τούτῳ καὶ τὸν ἄνεμον τὸν οἱονεὶ ἐπιστίζοντα τὴν θάλασσαν. —

Ibid. Schol. B. v. Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος φρῖχ' ἁπαΐξει, οἱ δὲ ἄλλοι ὑπαΐξει. — Φιλητᾶς δὲ ἀρεσκόμενος τῇ ὑπαλύξει γραφῇ, φησὶν, ὡς ἐκεῖνος ὁ λιπανθεὶς ἰχθὺς ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ τὴν ψυχρασίαν ὑπαλύξει.

Ibid. Schol. B. Φιλητᾶς δὲ τῇ ὑπαλύξει γραφῇ συντιθέμενός φησιν, ὅτι ὁ φαγὼν ἰχθὺς τὸν Λυκάονος ὠμὸν, πιμελωδὴς γενόμενος, τὸ κρύος ἐκφεύξεται. ἀγνοεῖ δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὸ διανεστηκὸς τῆς θαλάττης ἐπιπολῆς, οὐ τὸ κρύος φησὶν Ὅμηρος φρῖκα.

Postremum Scholium paullisper mutatum repetitur apud Porphyrium Quaestt. Homer. c. 8 p. XCIV editioni Barnes. Iliad. praefix.

3.

Schol. V. ad Iliad. φ, 179.

ἀλλὰ πρὶν Ἀχιλεὺς σχεδὸν ἄορι θυμὸν
63 ἀπηύρα. ἄορι: τῷ δόρατι. Φιλητᾶς· καί κεν Ἀθη-
ναίης δολιχαύρου, ἀντὶ τοῦ μέγα δόρυ ἐχούσης.

4.

Eustathius ad Iliad. φ, 252 p. 1235, 38 ed. Rom.

αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος, τοῦ θηρητῆ-
64 ρος. Τὸ δὲ αἰετοῦ οἴματ' ἔχων Φιλητᾶς (φασὶ)
γράφει, αἰετοῦ ὄμματ' ἔχων. κρεῖττον δὲ τὸ οἴματα.

Eadem paene verba extant apud Schol. A. ad Iliad. χ, 308. οἴμησεν: ὅτι κἀκεῖ (Il. φ, 252) γραπτέον αἰετοῦ οἴματ' ἔχων, οὐχ, ὡς Φιλητᾶς, ὄμματα.

Γ. ΝΑΞΙΑΚΑ.

Heraclides Grammaticus apud Eustathium ad Odysseam υ, 106 p. 1885, 51, *Naxiacorum* scriptorem laudat, quem tamen dubitat *Philetas* ne fuerit an *Callinus*, si quidem incorrupta servata est lectio librorum [1]). Atque Eudocia, quae in Violario maximam quidem partem ex Suidae Lexico, quaedam ex aliis etiam fontibus decerpsit, praeter Epigrammata et carmina elegiaca Philetam ait scripsisse καὶ τὰ καλούμενα Ναξιακά. [2]) Tertius

1) Franckius ad Callin. p. 24 pro Καλλῖνος legendum esse coniecit Καλλίμαχος, quod tamen pro comperto haberi non potest.

2) Villoisoni Anecd. T. I p. 424.

locus est Tzetzae, quo tamen corruptam exhibent scripturam Φιλτίας pro Φιλητᾶς, qui citatur ἐν τρίτῃ Ναξιακῶν. [3]) Unde apparet, si non plures, tres saltem *Naxiacorum* extitisse libros. Sed quid Schneidero (Analect. crit. p. 6) dederit ansam, ut Ναξιακὰ fuisse carmina statueret, equidem incompertum habeo; neque probandus est Kayserus, quod proprio iudicio destitutus (p. 30) idem repetivit tanquam certum et exploratum. Atqui rerum Naxiacarum libros historici argumenti fuisse omnis tituli ratio prodere videtur, sicut etiam Andrisci cuiusdam laudatur Naxiacorum liber primus et secundus. [4]) Neque firmioribus argumentis constitutum est, quod idem ille Schneiderus Naxiacorum scriptorem *Philetam* fuisse censet *Ephesium*, non *Coum*. Licet res per se in medio relinquenda sit, tamen, quum simpliciter tantummodo laudetur Philetas, clarissimum eius nomen intelligendum esse videtur, quem ab Antigono Charystio (H. M. c. 28) descriptum esse iam vidimus ἱκανῶς ὄντα περίεργον: huc accedit diserta Eudociae auctoritas, quae, levioris quidem momenti, prorsus tamen non est spernenda.

3) Scholia ad Lycophr. Vol. II p. 707 ed. Müller. cf. Ruhnkenii Ep. crit. p. 296.

4) Parthenii Erot. c. 9. Ἡ ἱστορία αὕτη ἐλήφθη ἐκ τῆς α' Ἀνδρίσκου Ναξιακῶν. Id. c. 19. Ἱστορεῖ Ἀνδρίσκος ἐν Ναξιακῶν β'.

1.

Eustathius ad Odyss. v, 106 p. 1885, 51.

65 Τούτοις δὲ ὁ αὐτὸς [Ἡρακλείδης] ἐπάγει καὶ, ὅτι ἔνιοι τῶν Ἰώνων, οἷς ἀκολουθεῖ (φησὶ) καὶ ὁ τὰ Ναξιακὰ γράψας, Φιλητᾶς εἴτε Καλλῖνος, μόνον τὸ η ἐν τοῖς τοιούτοις παρατειμένοις εἰς ε̄ καὶ ᾱ τέμνοντες τὸ ἑπόμενον ν̄ φυλάττουσι, πεποιέανται λέγοντες καὶ γεγενέανται, καθὰ καὶ τὸ ἐγένοντο ἔγεντο.

2.

Tzetzae Schol. ad Lycophr. Vol. II p. 707.

66 Αἱ δὲ Γυμνησίαι αὗται νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίαν εἰσί. μέμνηνται δὲ αὐτῶν καὶ Ἀρτεμίδωρος. Τίμαιος δέ φησιν, εἰς ταύτας τὰς νήσους ἐλθεῖν τινας τῶν βοιωτῶν, ἃς Χοιράδας εἶπε. Φιλητᾶς (vulg. Φιλτίας) δὲ ἐν τρίτῃ Ναξιακῶν Βαλιαρίδας φησὶν αὐτὰς ὕστερον ὀνομασθῆναι.

Ad fragm. 2. In Tzetzae Codd. Βαλιαρίδας scribitur, de qua scriptura v. Tzschucke ad Pompon. Mel. Vol. II P. 2 p. 603. Apud Strabonem aliosque scriptores vulgata est forma Βαλεαρίδας. Strabo III p. 254. τῶν δὲ προκειμένων νήσων τῆς Ἰβηρίας τὰς μὲν Πιτυούσας δύο καὶ τὰς Γυμνησίας δύο, καλοῦσι δὲ Βαλεαρίδας.

TABULA,

qua huius fragmentorum editionis series cum Kayseriana comparatur.

Ed. Kayser.	*Ed. nova.*	*Ed. Kayser.*	*Ed. nova.*
Fragm. I	*Fragm.* 1	*Fragm. inc.* pag. 71	*Fragm.* 23
II	2	*Fragm. iamb.* pag. 72	26
III	8	—	27
IV	7	73	29
V	4	*Ἀταξία* pag. 74	33
VI	11	75	34
VII	12	—	40
VIII	9	76	41
IX	10	—	42
X	25	77	43
XI	66	—	44
XII	6	78	45
XIII	13	—	47
XIV	16	—	48
XV	14	79	49
XVI	5	—	50
XVII	15	80	51
XVIII	17	—	52
XIX	19	81	53
XX	20	—	54
XXI	24	—	55
XXII	21	82	56
XXIII	32	—	57
XXIV	31	83	46
XXV	36	—	58
XXVI	38	—	60
		84	59
		Glossae Homer. p. 84	61
		85	62
		86	64

Fragmenta, quae apud Kayserum desiderantur.

Fragm. 8
18
22
28
30
35
37
39
63
65

HERMESIANAX COLOPHONIUS.



HERMESIANAX, poeta elegiacus [1]), natus esse videtur Colophone, Mimnermi etiam, Xenophanis et Antimachi patria. Hoc enim quodammodo colligitur ex Scholiasta ad Nicandri Theriaca vs. 3, qui Hermesianactis mentionem factam esse tradit in eiusdem Nicandri libro *περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν*. Iam recte quidem animadvertit Io. Th. Schneiderus (Annott. ad Schol. l. c.) e mentione Nicandri in libro de poetis Colophoniis non satis certa coniectura duci posse, Hermesianactem itidem fuisse Colophonium. Sed gravissimum accedit Pausaniae (I, 9, 8) testimonium: *Συνῴκισε [Ἀνσίμαχος] δὲ καὶ Ἐφεσίων ἄχρι θαλάσσης τὴν νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος ἐς αὐτὴν Λεβεδίους τε οἰκήτορας καὶ Κολοφωνίους, τὰς δὲ ἐκείνων ἀνελὼν πόλεις ὡς Φοίνικα, ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον, θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας οὐκ ἔτι, ἐμοὶ δοκεῖν, περιῆν· πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρατο.* Cur autem Hermesianactem post Colophonis expugnationem iam superstitem huius rei etiam meminisse oportuerat, nisi ipse in ea urbe, ne dicam natus esset, at saltem longiorem aetatis partem egisset? Licet per se falsum sit Pausaniae iudicium, aliter tamen ad id perduci non potuit, nisi quod argumentatus est poetam perpessum non esse, quin urbis patriae calamitas ab ipso carminibus haud celebrata relinqueretur. Deinde Pausanias Hermesianactem opponit Phoenici, quem distinctis verbis significat Colophonium. Haec argumentatio ab ipso confirmatur Pausania, quippe qui inter alios Iones Hermesia-

1) A Pausania tribus locis infra laudandis Hermesianax designatur *ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας*, idque haud dubie, ut secernatur ab aliis, quibus nomen fuit *Hermesianactis*.

nactem quoque recenseat, poetam elegiacum. [2]) Atque ut omni disputationi tanquam fastigium imponatur nemini evertendum, inspiciendus est Athenaeus XIII p. 597 A, qui sine ambagibus Hermesianactem appellat *Κολοφώνιον*.

Ex Pausaniae loco commodum laudato Ruhnkenius maiori quam par erat probabilitate collegit aetatem Hermesianactis incidisse in Philippi et Alexandri M. tempus, propterea quod urbes ibi memoratae a Lysimacho eversae essent Olympiade 119, 3. [3]) Iam vero Pausanias ipse non satis eruditus esse videtur de Hermesianactis aetate, neque aliam proposuit sententiam, nisi quam ex ipsius poetae carminum ratione sibi finxerat. Quae tamen sententia quam infirmis constituta sit fundamentis, nemo est fere quin statim concedat. Quis enim, quaeso, Hermesianactem pro mortuo accipiet nullam aliam ob caussam, nisi quod Colophonis expugnationem carminibus suis non est conquestus? Carminibus, inquam, quae fortasse (si quidem iam floruerat poeta ante calamitatem patriae inflictam) diu ante hoc tempus composita esse potuerunt. Neque minoris levitatis crimine dignus erit, si quis Goethium nostratem, quum in carmine, totius sane quam repraesentat vitae tanquam speculo, nativae amoenitatis et elegantiae plenis-

---

2) Pausan. VIII, 12, 1. *ἄλλοι τε Ἰώνων καὶ Ἑρμησιάναξ, ὁ τὰ ἐλεγεῖα ποιήσας.*

3) Diodor. Sic. XX, 107 p. 483 ed. Wesseling. *Ὁ δ' ἐπὶ τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Ἰωνίας πεμφθεὶς ὑπὸ Λυσιμάχου στρατηγὸς Πρωτέλαος Ἀδραμυττίου μὲν ἐκυρίευσεν ἐν παρόδῳ· τὴν δ' Ἔφεσον πολιορκήσας, καὶ κατακληίσμενος τοὺς ἄνδρας, παρέλαβε τὴν πόλιν. καὶ τοὺς μὲν ἐγκαλεσθέντας τῶν Ῥοδίων ἑκατὸν ὁμήρους ἀπέστειλεν εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς δ' Ἐφεσίους ἀφῆκε. τὰς δὲ ναῦς τὰς ἐν τῷ λιμένι πάσας ἐνέπρησε, διά τε θαλασσοκρατεῖν τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν ὅλην κρίσιν τοῦ πολέμου ἄδηλον ὑπάρχειν. μετὰ δὲ ταῦτα Τηίους μὲν καὶ Κολοφωνίους προσηγάγετο.*

simo, cui inscriptionem dedit *Herrmanni et Dorotheae*, Gallos e Germaniae finibus trans Rhenum repulsos ne verbo quidem attigerit, hodie non amplius superstitem edixerit. Atqui Nicandri Scholiasta Hermesianactem ait Philetae amicum fuisse et familiarem. Hinc tamen minime sequitur utriusque aetatem fuisse parem: immo alter alterius praeceptor fuisse videtur. Hoc saltem pro comperto habeas, Philetam eo tempore, quo Hermesianax elegorum librum tertium composuit, tantam sibi iam comparasse gloriam, ut Coi civi poetae statuam aeneam publice consecrarent, ipso referente Hermesianacte (fragm. 5, 75 sqq.)

Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται,
Κῷοι, Χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ
Βιττίδα μολπάζοντα θοὴν, περὶ πάντα Φιλητᾶν
ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥοόμενον λαλιήν.

Itaque tunc temporis omnia ferme, quorum ad nos pervenit notitia, Philetas iam scripserat opera, nec facile in viridi quam dicunt versari potuit aetate. Philetas autem, quamvis primam aetatem Philippo et Alexandro Macedoniae regibus iam degerit, tantum sane celebritatis, quantum assignat ei Hermesianax, contigisse nondum potuit ante Olympiad. CXIX, 3, quo quidem anno Colophon eversa atque Hermesianax ex Pausaniae argumentatione iam mortuus esse dicitur. Iam tenue et exile vestigium reperitur in Schol. ad Nicandrum l. c., quo propius ad veritatem perducamur: *Ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν. — οὐ δύναται δὲ Νίκανδρος μνημονεύειν τούτου διὰ τῆς προσφωνήσεως, διὰ τὸ τὸν Φιλητᾶν πρεσβύτερον εἶναι Νικάνδρου· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Νίκανδρος μέμνηται Ἑρμησιάνακτος ὡς πρεσβυτέρου ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν.* Quem quidem locum si quis diligentius consideraverit, facile inveniet aetatis ut ita dicam gradationem a tribus istis poetis transactae, ita ut natu maximus fuerit Philetas, in medio positus Hermesianax, natu minimus Nicander. Hic autem floruisse

dicitur circa Olympiad. CLV — CLX. Verisimile est igitur Hermesianactis florem cadere in Ptolemaei Lagi et Philadelphi tempora, ita ut una cum Theocrito aliisque poetis et grammaticis illustribus Philetae discipulus habendus sit. Favet quidem huic opinioni ipsius Hermesianactis elegorum argumentum, quibus Philetae laudes persequutus est.

Iam Pausanias (VI, 17, 3) Hermesianactem nescio quem laudat Colophonium, Agonei filium, qui in ludis Olympicis puerorum pugilatu vicit, ita ut ipsi a Colophoniorum re publica Olympiae signum poneretur: *Κολοφώνιοι δὲ Ἑρμησιάνακτα Ἀγωνέου καὶ Ἐλεάσιος Ἀνείνου τε ὧν καὶ τῆς Ἑρμησιάνακτος θυγατρὸς, κατεπάλαισαν μὲν παῖδας ἀμφότεροι· Ἑρμησιάνακτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ Κολοφωνίων ὑπῆρξεν ἀνατεθῆναι τὴν εἰκόνα.* G. I. Vossius de Historicis Graecis libro tertio (Operum T. II p. 176) poetam et pugilatus victorem eundem fuisse statuit Hermesianactem: cui adversatur Ruhnkenius, quippe cui Vossius confundere videatur poetam cum alio Hermesianacte, Colophonio, athleta. Atqui *athleta* per se quidem non potest opponi poetae, quoniam, qui puer in ludis sacris fortiter luctatus est, idem adolescens bono iure lauream meruisse potuit Apollinarem. Sed neuter eorum sinceram veritatem effatur, quum res ipsa in medio versetur, neque certis argumentis discerni queat. Attamen verisimile est illum Hermesianactem, propterea quod appellatur Colophonius, nisi ipse poeta elegiacus, ad eius familiam esse referendum. Unum forsitan potest offerri, quod aliquam commoveat dubitationem, Pausaniam, qui alibi poetam elegiacum distincta semper appositione ab aliis dignoscere soleat, hoc loco nihil addidisse, nisi patris nomen alias omissum. Sed, nisi egregie fallor, Pausanias ibi fidelem inscriptionis reddidit imaginem, quae Hermesianactis statuae insculpta erat, in qua quidem patris nomen exarari potuit, minime tamen indicari Hermesianactem

posteriori aetate extitisse poetam elegiacum. Mira est, ut hanc rem quam brevissime absolvamus, Siebelisii ad Pausaniam ratiocinatio, quae ita se habet: *Quum vero Pausanias et I, 9, 8 significet, tempore quo Lysimachus Colophone desolata Colophonios Ephesum transtulerit, poetam Hermesianactem iam mortuum fuisse videri, at hic testificetur, Colophonios civi suo Hermesianacti Agonei filio statuam publice posuisse, suspicio nasci potest, hunc ab illo non fuisse diversum.* Quid enim, quaeso, ex utraque narratione conficitur, unde probetur id, quod persequutus est novissimus et doctissimus Pausaniae interpres? —

Athenaeus (XIII, p. 597 A.) Hermesianactis amicam laudat *Leontium* (*τὴν Ἑρμησιάναχτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον*), quam tanto amoris desiderio amplexus esse narratur, ut nomen eius carminibus elegiacis, de quibus postea accuratius docebitur, inscriptionem suppeditaret.[4]) Quam quidem mulierem litteris Graecis satis eruditam fuisse patet ex ipsius Hermesianactis carminum reliquiis, quippe qui eam in enarrandis poetarum et philosophorum fatis potissimum amatoriis ita alloquatur, ut facile agnoscas muliebris ingenii cultum haud ita mediocrem.[5]) Quamobrem Menagius (ad Diogen. Laërt. p. 498 N. 70) eandem arbitratus Hermesianactis fuisse et Epicuri, quam memorant, Leontium, suffragantes nactus est Ilgenium (in Opusculis philologicis I p. 255) et Gu. Ern. Weberum in Poetarum elegiacorum interpretatione p. 666. Nimirum Epicuri concubinam doctam fuisse (ut Ilgenius ait) iam intelligitur ex eo, quod Epicurus scripsit ad eam epistolas (v. Diogen. Laërt. X n. 8 s. 6) et plane certum est, quod ipsa

4) Athenaeus l. c. *ἀπὸ γὰρ ταύτης, ἐρωμένης αὐτῷ γενομένης, ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία.*

5) Fragm. 5, 49. *γιγνώσκεις.* 73. *γιγνώσκεις, ἄϊουσα μίγαν πόθον.* 75. *οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδόν κ. τ. λ.*

contra Theophrastum disputavit, teste Cicerone de N. D. I, 33. *Istime fidentes somniis non modo Epicurus et Metrodorus et Hermachus contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa sit? scito illa quidem sermone et Attico, sed tamen —.* Huc spectat etiam Plinius H. N. I p. 9 ed. Bip. *Ceu vero nesciam adversus Theophrastum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, scripsisse etiam feminam, et proverbium inde natum suspendio arborem eligendi.* Attamen, quae a Cicerone nominatur et a Plinio respicitur, Leontium Epicuri fuisse scortum unde tam manifesto compertum habeat Ilgenius, equidem frustra indagavi. Itaque, licet probabilis sit Ilgenii opinio, [6]) tamen res ipsa in medio relinquatur necesse est, propterea quod mulier illa erudita eodem iure ad Hermesianactis Leontium referri potest, sive ad aliam qualemcunque, quo ad Epicuri. De posteriore Athenaeus: *Οὗτος οὖν Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην, τὴν ἐπὶ ἑταιρείᾳ διαβόητον γενομένην; ἡ δὲ οὐχ, ὅτι φιλοσοφεῖν ἤρξατο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσί τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις, Ἐπικούρῳ δὲ καὶ ἀναφανδὸν, ὥστε ἐκεῖνον πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς.* [7]) Theodorus nescio quis Leontium Epicuri cogitantem pinxisse dicitur. [8]) Iam Menagius quasi in gyrum circumactus, ex Leontio Epicuri aequali discendam esse putat aetatem Hermesianactis, quem inter poetas incertae aetatis recensuerit G. I. Vossius. Utinam ante omnia probas-

6) Probabilem dico, quoniam Phylarchus apud Athen. XIII p. 593 C. *Λεόντιον* descripsit *τὴν μετ' Ἐπικούρου τοῦ φυσικοῦ σχολασάσαν*· idemque Athen. XIII p. 588 B. de Leontio: *ὅτι φιλοσοφεῖν ἤρξατο.*

7) Athen. XIII p. 588 B. cf. Diog. Laërt. X, 4.

8) Plin. H. N. XXXV, 36, 40. cf. Silligii Catalog. Artificum p. 443.

set vir doctissimus, utriusque et poetae et philosophi amicam fuisse eandem! Quod quidem certis argumentis fieri non potest, quamvis Ilgenius satis feliciter tentaverit. Etenim quum Epicurus, natus Olympiade CIX, 3, diem extremum obisset Olympiade CXXVII, 2 [9]), Hermesianax autem Olympiade CIX, 3 (i. e. anno, quo Colophon eversa et Epicurus quadragenarius fuit) ex Pausaniae coniectura non amplius in vivis esset; vir acutus facile fieri potuisse censet, ut Leontium, antequam Epicurum amaret et philosophiae eius se traderet, Hermesianactem amatorem haberet, qui iuventutis et virginitatis flores decerperet. Sed cave, ne coniecturam etsi ingeniosam pro vera vendites atque omnibus numeris absoluta.

Hermesianax, Philetae magistri exemplum sequutus, carmina composuit elegiaca, quae de amicae nomine *ΛΕΟΝΤΙΟΝ* inscripta tribus libris distribuisse dicitur; etenim Athenaeus (XIII p. 597 A) Mimnermi Nannonem, Antimachi Lyden (qui condidit *ἐν ἐλεγείοις τὸ καλούμενον ποίημα Λύδην*) et Hermesianactis Colophonii Leontium commemorans: *ἀπὸ γὰρ ταύτης*, inquit, *ἐρωμένης αὐτῷ γενομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία.* Iam hodieque trium librorum supersunt reliquiae, ex quibus probabilem de ipsorum carminum argumento coniecturam repetere licet.

Ex elegorum libro primo apud Aelium Herodianum *περὶ μονήρους λέξεως* (p. 16 ed. Dindorf.) laudatur hexameter:

δερκόμενος πρὸς νῦμα, μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν.

Ad quamnam vocem referendum sit Participium *δερκόμενος*, non aliis nisi criticis definiri potest rationibus. Notum est enim flagrantissimum Polyphemi in Gala-

9) Diogen. Laërt. X, 10, 14. Cicero de Fato 9, 19. *Moritur Epicurus, quum duo et septuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato.*

Fragmenta,
quae apud Kayserum desiderantur.

Fragm. 8
18
22
28
30
35
37
39
63
65

HERMESIANAX COLOPHONIUS.

Luctatusque diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit,
Et modo nutrici miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnae,
Et modo de multis blanditus cuique ministris,
Sollicita petiit propensum voce favorem.
Saepe ferenda dedit blandis sua verba tabellis,
Interdum madidas lacrimarum rore coronas
Postibus intendit posuitque in limine duro
Molle latus, tristique serae convicia fecit.
Surdior illa freto surgente, cadentibus Hoedis [11]),
Durior et ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo, quod adhuc viva radice tenetur,
Spernit et irridet factisque immitibus addit
Verba superba ferox et spe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis et ante fores haec, verba novissima dixit:
Vincis, Anaxarete, neque erunt tibi taedia tandem
Ulla ferenda mei. Laetos molire triumphos
Et Paeana voca nitidaque incingere lauro.
Vincis enim, moriorque libens: age, ferrea, gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris, eritque,
Quo tibi sim gratus, meritumque fatebere nostrum.
Non tamen ante tui curam cessisse memento,
Quam vitam, geminaque simul mihi luce carendum.
Nec tibi Fama mei ventura est nuntia leti:
Ipse ego, ne dubites, adero, praesensque videbor,
Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas,
Si tamen, o Superi, mortalia fata videtis,
Este mei memores, nihil ultra lingua precari
Sustinet, et longo facite ut memoremur in aevo,
Et quae dempsistis vitae date tempora famae. [12])

---

11) Theocrit. VII, 53 sq.

χῶταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ
κύματα. —

ubi Schol. δυσόντων γὰρ τῶν δύο ἐρίφων ἐσπέρας, [τὸ πέλαγος] νότος ταράσσει, ἢ σφοδροὶ κατὰ τὴν θάλασσαν γίγνονται χειμῶνες.

12) Hanc quidem sententiam an Hermesianax quoque expresserit, vehementer dubito, quippe quae magis quadrare videatur ad ingenium Romanum, quam Graecum.

Dixit, et ad postes ornatos saepe coronis
Humentes oculos et pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret vincula summi,
Haec tibi serta placent, crudelis et impia? dixit,
Inseruitque caput, sed tum quoque versus ad illam,
Atque onus infelix elisa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Visa dedisse sonum est, adapertaque ianua factum
Prodidit: exclamant famuli, frustraque levatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
Accipit illa sinu, complexaque frigida nati
Membra sui, postquam miserorum verba parentum
Edidit et matrum miserarum facta peregit,
Funera ducebat mediam lacrimosa per urbem
Luridaque arguro portabat membra feretro.
Forte viae vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa, fuit, duraeque sonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes, quam iam deus [13]) *ultor agebat,*
Mota tamen, Videamus, ait, miserabile funus,
Et patulis iniit tectum sublime feretris.
Vixque bene impositum lecto prospexerat Iphin,
Deriguere oculi, calidusque e corpore sanguis
Inducto pallore fugit, conataque retro
Ferre pedes haesit, conata avertere vultus,
Hoc quoque non potuit; paullatim occupat artus,
Quod fuit in duro iam pridem pectore, saxum.

Bona fortuna contigit, ut ex libro tertio octo et nonaginta versus ad nostram usque aetatem delati sint, ex quibus poetae ingenium artisque elegantiam egregie cognoscere licet. Nimirum Athenaeus, Hermesianactis trium librorum elegiacorum mentione facta, *ἐν τῷ τρίτῳ*, inquit, *κατάλογον ποιεῖται ἐρωτικῶν, οὑτωσί πως λέγων·*

Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο κ. τ. λ.

Quo quidem carmine vix quidquam praestantius in tota elegiarum iactura hodie superesse iudicium est Da-

13) *Deus* hoc loco habet significationem, quae dicitur, abstractam, idem quod *numen*, sive Graecorum usu habet vim generis feminini, *ἡ θεός*, ita ut intelligenda sit *Venus*, *Ἀφροδίτη*, quam laudat Antonius Liberalis.

vidis Ruhnkenii, summi Critici, in cuius sententiam pedibus euntem habes etiam Fridericum Schlegelium, accuratius et copiosius ita exponentem (Operum IV p. 57 sq.) „Bedeutender und gefälliger Schmuck ist ein wesentliches Bedürfniſs und eine schöne Zierde der menschlichen Natur und der menschlichen Kunst. Auch die Poesie liebt ihn mit angebohrner Neigung. Der wahre Dichter ist unbeschränkt frey; aber selbst seine Abwege werden ihn zum Ziele führen, und in einem ächten Kunstwerk wird selbst das, was nur ein Schmuck und hinzugefügte Zierde scheint, so innigst vom Geist des Ganzen beseelt seyn, wie das mitausdrückende Metrum und die Sprache in der Art, Stellung und Bildung der Wörter, der eigensten Eigenthümlichkeit des Werks und seiner Gattung entspricht. Was man im Gegensatz dieser grammatischen und metrischen die poetische Ausbildung der Poesie nennen könnte, die sich in Beyspielen, episodischen Beschreibungen, Bildern und Gleichnissen entfaltet und kund giebt, darf eben so wohl auch an sich gewürdigt werden. Die Bedeutsamkeit, gesetzliche Freyheit in Verhältniſs zu seinem Ganzen, eine gewisse Entfaltung und Steigerung, und vor allem jene Umgestaltung, durch die, was uns schon bekannt war, nun wieder neu erscheint, sind Eigenschaften, die jedes Gleichniſs, Beyspiel oder Bild besitzen muſs, ohne Rücksicht auf das Einzelne und die besondere Art. Aus diesem Gesichtspunkte hat das Bruchstück des Hermesianax noch auſser seiner elegischen Vortrefflichkeit eine gleichsam eigenthümlichere und selbstständigere; denn an Zierlichkeit und Zartheit der poetischen Mahlerey dürfte diese Reihe kleiner Kunstwerke wohl vor allen den Kranz erhalten. Wenn die Beschreibungen der alten Tragödie reich und groſs gegliedert mit architektonischer Festigkeit wie für die Ewigkeit dastehn; wenn in der pindarischen Poesie oft eine hohe Ges lt

von einfachen und allgemeinen Zügen sanft vor uns zu ruhen oder in milderem Glanz zu schweben scheint: so möchte man diese Bilder des Hermesianax an sorgloser Lebensfülle mit den erhobenen Arbeiten, an zierlicher Sorgfalt mit den geschnittenen Steinen des Alterthums vergleichen."

Praeterea restant particulae forma metrica exutae, quae tamen ad quemnam librum referendae sint incertum est. Una ex iis indomitum furorem proponit, quo Leucippus germanam sororem amplexus, cruentam contraxit cladem; altera exhibet fabulam de Attide eiusque interitu; reliquae minus insignes.

Pausanias (VII, 18, 1) respexit *ἐλεγεῖον εἰς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον*, quod Ruhnkenius accepit pro elegia ad Eurytionem Centaurum, ea tamen ab Leontio aliena. Id certe non fecerat, nisi perversam notionem vocis *ἐλεγεῖον* animo conceptam habuisset, refutatam illam quidem ab Io. Val. Franckio, quippe qui (Callin. p. 53 sqq.) *ἐλεγεῖον* singulari numero admissum idem valere demonstraverit atque *distichum*, *ἐλεγεῖα disticha*. Hoc igitur verissime perspexit idem vir acutus (p. 55) *ἐλεγεῖον εἰς Εὐρυτίωνα* de disticho in Centaurum intelligi debere; quod tamen explicandi caussa adiunxit, *hoc est, ni fallor, in statuam eius*, in medio relinquatur oportet, donec certis rationibus probatum fuerit Hermesianactem talia Epigrammata scripsisse. Iam vero, sagaciter observante Fr. Schlegelio, amplius illud fragmentum ex Leontii libro tertio decerptum constare tanquam ex serie epigrammatum uno aut pluribus distichis inclusorum.[14]) Itaque verisimile vide-

14) Operum IV p. 54 sq. „So reich und beziehungsvoll ist diese zierliche Rhapsodie von reizenden *Epigrammen*, dafs es auch dem schnellsten Sinn bey vertrauter Bekanntschaft mit dem behandelten Stoff schwer, ja unmöglich fallen dürfte, gleich beym ersten Eindruck alle Feinheiten

tur eandem rationem alias etiam ab Hermesianacte adhibitam illudque ἐλεγεῖον ad locum quendam Leontii carminis referendum esse. Quae quidem ratio maiorem etiam nanciscetur probabilitatem, si quis cum Ilgenio assumpserit eandem hoc loco Hermesianactem tractasse fabulam, cuius argumentum extat apud Apollodor. II, 5, 5. *Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενὸν ἦκε κἀκεῖ κατῴκει καὶ κατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' ἀνάγκην μνηστεύειν Εὐρυτίωνι Κενταύρῳ Μνησιμάχην τὴν θυγατέρα, ὑφ' οὗ παρακληθεὶς βοηθεῖν, ἐλθόντα ἐπὶ τὴν νύμφην Εὐρυτίωνα ἀπέκτεινεν.* [15]) Neque absimilis est Ilgenii sententia, quum Pausanias ipse ad illam fabulam respexerit, priusquam Hermesianactis distichum memoravit. Eandemque fabulam antea iam tractasse Bacchylidem docet Scholiasta ad Homeri Odyss. φ, 294. *Βακχυλίδης δὲ διάφορον οἴεται τὸν Εὐρυτίωνα· φησὶν γὰρ ἐπιξενωθέντα Δεξα-*

---

des Künstlers wahrzunehmen. Seiner Absicht gemäfs, die unwiderstehliche Macht der zärtlichen Sehnsucht durch grofse und schöne Beyspiele zu offenbaren, umfafste gleichsam alle Zeitalter der Bildung und der Geschichte von den ehrwürdigen Stiftern uralter Mysterien, den dichtenden Priestern der grauen Vorzeit, bis zu seinem Freunde und Zeitgenossen, dem also schon damals hochgeehrten, und von Propertius und Ovidius so oft gefeyerten Philetas, bis zu dem auch in der Vaterstadt des Hermesianax, dem dichterischen Kolophon, bekannten Philoxenos, dem geistvollsten und ausschweifendsten Virtuosen des üppigsten Zeitalters und der gesetzlosesten Dichtart."

15) Eadem fere fabula narratur ab Anonymo de XII certaminibus Herculis in Allatii Excerptis Var. c. 5. *εἰς Ὤλενον δ' Ἡρακλῆς, πρὸς Δεξαμενὸν ἵκετο καὶ Μνησιμάχην ὑσάμενος Εὐρυτίωνος, ἦκεν εἰς Εὐρυσθέα.* Ita scripsimus Heynio auctore ad Apollodor. p. 364. Vulg. *πρὸς Ὤλενον — προσδεξάμενον.* Quod recte miratur Ilgenius non animadvertisse Ruhnkenium, qui falsa lectione perductus Mnesimachen pro Oleni filia habuerit: *Cuius carminis argumentum forsitan fuerit Mnesimache, Oleni filia, rapta ab Eurytione, sed liberata ab Hercule.*

μενῷ (ita vere correxit Ilgenius vulgatum δεξάμενος) ἐν Ἤλιδι ὑβριστικῶς ἐπιχειρῆσαι τῇ τοῦ ξενοδοχοῦντος θυγατρὶ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ Ἡρακλέους ἀναιρεθῆναι καιρίως τοῖς οἴκοις ἐπιστάντος. Mirum est, quod Bacchylides Dexameni domicilium in Elide collocavit.

Iam denique offertur difficultas, cui maiorem etiam tribuit vim Io. Th. Schneiderus. Nimirum Scholiasta ad Nicandri Theriaca vs. 3 Hermesianactis notitiam praebens, τούτῳ δὲ, inquit, τὰ Περσικὰ γέγραπται, καὶ τὰ εἰς Λεόντιον τὴν ἐρωμένην. Hunc locum, qualis vulgo legitur in libris, in eam rationem licet interpretari, ut Hermesianactem duo opera scripsisse statuamus, alterum, quod commodum perlustravimus, metro elegiaco compositum, alterum *Περσικά* inscriptum, idemque, ut videtur, argumenti historici. Sed Schneideri Codices coniunctionem *καί* post verbum *γέγραπται* omittunt, ex qua lectione *τὰ Περσικά*, Schneidero iudice, *fuerunt eadem cum carmine Λεόντιον inscripto. Qua de re lis sub iudice manebit, donec aliunde huic parti historiae litterariae lux affulserit.* Atqui omnis haec res pro comperta habenda videtur, propterea quod uterque titulus uni eidemque carmini praefixus absurdus atque ineptus est, neque intelligi potest, quid sibi velit inscriptio *Περσικά*, carmini amatorio apposita. Deinde non omnes, sed Schneideri tantum libri futilem illam suppeditant lectionem, ceteri et scripti et editi in vulgata consentiunt,[16]) ex quo ob praecedentis verbi *γέγραπται* syllabam extremam prono lapsu omissio coniunctionis *καί* explicanda est. Iam vero leges criticae efflagitant, ut in lectionis cuiusdam diversitate recipiatur ea, quae sensum exhibet sanum et expeditum.

16) Bastius in Epist. crit. Lat. p. 216 ex Codice Vaticano N. 305 deprompsit hanc lectionem, *καὶ τὰ εἰς λεὸν τὴν ἐρωμένην*. Compendium *λεὸν* exarandum esse *Λεόντιον* Bastio nemo est doctus quin illico concesserit.

Apage igitur Schneiderí hariolationem! Neque improbanda est Ruhnkenii suspicio, si quis narrationem de Nanide apud Parthenium cap. 22 ex *Persicis* potius, quam ex Elegis ductam putaverit, non magnopere repugnaturi. Titulus autem ipse prodere videtur *τῶν Περσικῶν* argumentum fuisse historicum, cui convenit fragmentum modo laudatum.

ALII HERMESIANACTES.

Post Colophonium nominandus est *Hermesianax Cyprius*, qui res Phrygias enarrasse dicitur libris, ne dicam pluribus, saltem duobus, auctore Pseudo-Plutarcho de Fluviis XII, 4. ubi laudatur Ἑρμησιάναξ Κύπριος ἐν β' Φρυγιακῶν. Hinc depromptum est fragmentum, quod ibidem legitur:

> Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (ex praecedentibus intelligendus est Σάγαρις, ποταμὸς τῆς Φρυγίας) λίθος καλούμενος Ἀστήρ. οὗτος εἴωθε νυκτὸς βαθείας πυρὸς δίκην λάμπειν, τοῦ φθινοπώρου τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος· προσαγορεύεται δὲ τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐγχωρίων Βαλλήν, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστι βασιλεύς. καθὼς ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Κύπριος ἐν β' Φρυγιακῶν.

G. I. Vossius de Historicis Graecis (Operum Vol. II p. 176) cetera quoque Hermesianactis Cyprii fragmenta ad historiam Phrygiam rettulit, quamvis nec titulus est, qui eo perducat, neque ipsarum reliquiarum argumentum tale quippiam prodere videatur. Alterum fragmentum apud Plutarch. de Fluviis II, 3. hoc est:

> Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης· Ἑλικὼν καὶ Κιθαιρὼν ἀδελφοὶ τυγχάνοντες διαφόρους ἔσχον τῶν τρόπων τὰς διαθέσεις· ὁ μὲν γὰρ Ἑλικὼν, πρᾴστερός ὑπάρχων καὶ προσηνής, συμπαθῶς γηροβοσκεῖ τοὺς γονεῖς· ὁ δὲ Κιθαιρὼν, πλεονέκτης τυγχάνων καὶ θέλων εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι τὴν οὐσίαν, πρῶτον μὲν ἐφόνευσε τὸν γεννήσαντα, τὸν δ' ἀδελφὸν ἐξ ἐνέδρας καταιρημνίζων καὶ αὐτὸς συγχατηνέχθη· κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν εἰς ὁμώνυμα ὄρη μεταμορφωθέντες ἐγένοντο. Κιθαιρὼν μὲν

διὰ τὴν ἀσέβειαν Ἐριννύων μυχὸς,*) Ἑλικὼν δὲ διὰ φιλοστοργίαν Μουσῶν ἐνδιαίτημα.

Quod fragmentum quid sibi velit in descriptione rerum Phrygiarum, doceat, si quis poterit, probabili ratione: equidem potius assignaverim rerum Boeoticarum memoriae; quemadmodum Plutarchus paullo ante (II, 2) auctorem laudavit Leonem Byzantium ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς.

Tertium fragmentum servavit idem Plutarchus ibid. XXIIII, 1.

Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μίμνηται τοιαύτης· Διόνυσος ἐρασθεὶς Ἀλφεσιβοίας νύμφης, καὶ μήτε δώροις μήτε δεήσεσι πεῖσαι δυνάμενος, εἰς τὴν προειρημένην Τίγριν μετέβαλε τὴν μορφὴν τοῦ σώματος, καὶ φόβῳ πείσας τὴν ἀγαπωμένην, ἀνέλαβεν αὐτὴν, καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ κομίσας ἐγέννησεν υἱὸν Μῆδον, ὃς ἀκμάσας εἰς τιμὴν τοῦ συγκυρήματος, τὸν ποταμὸν Τίγριν μετωνόμασε.

Hic locus respicit ad Armeniorum historiam mythicam, quam fortasse, ut aliarum gentium, descripserat Hermesianax Cyprius.

Tertius scriptor, cuius nomen fuit *Hermesianax*, *Naxius* dicitur in Photii Bibl. p. 446, 6 ed. Bekker., ubi nobis hoc modo legendum esse placet:

ψυχρότητα ἐσχάτην ἐμφαίνει, ὥσπερ καὶ Ἑρμησιάναξ ὁ Νάξιος**), ὁ τὴν Ἀθηνᾶν ἐγκωμιάσας οὕτως· Ἐκ γὰρ τῆς τοῦ Διὸς γεγενημένη κεφαλῆς εἰκότως ἔχει τῆς εὐδαιμονίας τὰ κεφάλαιον.

---

*) μυχός, ingeniosa Wyttenbachii coniectura, *recessus*, *specus*, quod concinnius opponatur sequenti ἐνδιαίτημα, vulg. μῦθός, quod friget.

**) Cod. B et cor. A. ἑρμησίας ὁ νάξιος, unde Bekkerus simpliciter refinxit Ἑρμησιάναξ. Sed nescio an maiori iure reponendum sit Ἑρμησιάναξ ὁ Νάξιος, quod et magis convenit elementorum vestigiis, et accuratam scriptoris diligentiam prodit, quoniam huic Hermesianacti, ut secerneretur ab aliis, tribuendum erat epitheton quoddam.

Hic liber forsitan mythologici vel theologici fuit argumenti. Plura indagare aliis permittimus.

Quartus *Hermesianax*, ut videtur, *Colophonius* Nicandri poetae familiaris sive propinquus fuit; etenim hunc alloquitur Nicander ipse in Theriacis inde a versu primo:

> *Ῥεῖά κε τὸι μορφάς τε σίνη τ' ἀλοφώια θηρῶν,*
> *ἀπροϊδὴ τύψαντα, λόσιν θ' ἑτεραλκέα πήδνης,*
> *φίλ' Ἑρμησιάναξ, πόλιων κυδίστατε παῶν,*
> *ἔμπεδα φωνήσαιμι· σὺ δ' ὦν πολυεργὸς ἀροτρεὺς*
> *βουκαῖός τ' ἀλίηοι καὶ ὀροιτύπος, εὖτε καθ' ὕλην*
> *ἢ καὶ ἀροτρεύοντι βάλῃ ἐπὶ λοιγὸν ὀδόντα,*
> *τοῖα περιφρασθέντος ἀλιξητήρια νούσων.*

Quem quidem non esse poetam elegiacum vel temporum rationes vetant, propterea quod Nicander, qui satis longo post illum tempore floruit, superstitem alloquitur amicum sive cognatum, eum forsitan ex Hermesianactis natu maioris, poetae elegiaci, familia oriundum. Scholiasta, postquam ostendit non eundem esse Hermesianactem poetam atque a Nicandro memoratum: *Ἔστιν οὖν οὗτος*, inquit, *ἑταῖρος Νικάνδρου ὁμώνυμος τῷ προτέρῳ* (subaudiendum *Ἑρμησιάνακτι*). *δῆλον δέ, ὅτι συγγενὴς αὐτοῦ ἦν· ὁ γὰρ παὸς σημαίνει τρία, τόν τε φίλον, καὶ τὸν συγγενῆ, ἔτι δὲ καὶ τὸν ἐξ ἐπιγαμβρίας οἰκεῖον.*

Quintum denique *Hermesianactem*, reliquis antiquiorem, in lapide mutilo detexit Boeckhii sagacitas in Corpore Inscr. Graec. Vol. I p. 55 tit. 39. agnovit etiam Lennepius in Bibl. crit. nov. Vol. III p. 19. Boeckhius enim litteras *βουστροφηδὸν* scriptas repraesentavit hasce: *Μησιάναξ ἡμέας ἀνέθηκεν ἄμα Σώῳ τῷ πόλλωνι*; quas quidem litteras ait in Ionicis Antiquitatibus ita lapidis explere planum, ut a sinistra parte nullus supplementis locus relictus videatur. „Attamen (sic enim pergit) verborum collocatio solutae orationi non est congrua; sunt fragmina versuum, ipsis docentibus numeris. Igitur in sinistra parte desunt aliquot

singulis versibus elementa. Pro insolito *Μησιάναξ* non dubito fuisse *Ἑρμησιάναξ*· cetera non licet exquirere; exempli caussa tamen hunc apponam lusum, quo spatia prope aequabiliter explentur:

> [*Σώου παῖς Ἑρ*]*μησιάναξ ἡμέας ἀνέθηκεν*
> [*αὐτὸς ἀδελφειῷ*] *ἅμα Σώῳ τὠπόλλωνι.*

Sed ubi ea, quae supplenda iudico, scripta fuerint, difficile dictu: tamen aut falso in Ion. Antiqq. ea quae supersunt, integrum usque ad sinistrum marginem spatium occupant, aut quae perierunt, in alio scripta lapide erant." Franciscus Passovius litteris ad me datis hunc quoque Hermesianactem poetam fuisse haud inepte coniecisse videtur.

ΕΡΜΗΣΙΑΝΑΚΤΟΣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΥ

ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΩΝ ΕΚ ΤΗΣ ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Α.

1.

Aelius Herodian. περὶ μονήρους λέξεως p. 16 ed. Dindorf. εἴπερ οὖν ἀληθές ἐστι τὸ μηδὲν εἰς $\overline{\eta\nu}$ λῆγον μονοσύλλαβον θηλυκὸν γένος σημαίνειν, δῆλον ὅτι πεπλάνηται το φρὴν περὶ τὸ γένος. διὸ καὶ ἐξηλλάγη αὐτοῦ ἡ κλίσις ὡς πρὸς τὰ ἄλλα μονοσύλλαβα. φρενὸς γὰρ, τῶν ἄλλων φυλασσόντων τὸ $\overline{\eta}$. οὐκ ἀντιθήσει τὶς ἡμῖν τὸ παρὰ τῷ Ἑρμησιάνακτι ἐν Λεοντίου ά·

δερκόμενος πρὸς κῦμα, μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν; 1

οὐ γὰρ ἐντελὲς, ἀποκεκομμένον δὲ ἐκ τοῦ γλήνη.

Ad fragm. 1. Dindorfius in praef. p. XII ad hunc locum annotavit Codicis lectionem esse ἑμηαιάνακτι. Idem male scripsit in textu λεοντίου, littera initiali tenuiori, quae in nomine proprio debebat esse quadrata. — Ad sensum huius versus illustrandum subaudi, Πολύφημος, καθεζόμενος ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς, ex Theocriti Idyll. XI, 17. μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν, Ovid. Metam. XIII, 772. *lumenque quod unum Fronte geris media.* Forma apocopata γλήν hodie in Lexicis desideratur, neque Buttmannus, qui in Gram. Gr. I p. 218 nondum potuerat, eius habuit rationem in Addendis alteri Volumini affixis.

2.

Schol. ad Theocrit. VIII, 55.

2 *Αὐτάρκης ὁ Δάφνις. ὅθεν καὶ λέγει, ἀλλὰ εὐφραίνομαί σε ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἔχων, ἐπὶ τῇδε τῇ πέτρᾳ ἀφορῶν τὴν Σικελίαν. οὐκ ἀνιστορήτως τοῦτο ὁ Θεόκριτός φησι· καὶ ὁ Ἑρμησιάναξ γὰρ λέγει τὸν Δάφνιν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Μενάλκου. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπ' Εὐβοίας τὰ περὶ αὐτοῦ διατίθεται, οὗτος δὲ ἐπὶ Σικελίας.*

3.

Scriptor Argumenti ad Theocrit. Idyll. IX.

3 *Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ ὑφίστανται. νομεὺς δέ ἐστιν, ὃς δεῖται Δάφνιδος καὶ Μενάλκου, ὅπως ἀλλήλοις ἀντάσωσιν. οὐδὲν δὲ ἔχει πρὸς τὸν Μέναλκαν τοῦτον ὄντα Σικελὸν τὰ *) ὑπὲρ Μενάλκου Χαλκιδέως, ὃν φησιν Ἑρμησιάναξ ἐρασθῆναι τῆς Κυρηναίας Εὐίππης καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιτυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι.*

Ad fragm. 2. Fortasse ad Hermesianactem partim referenda sunt etiam, quae leguntur apud eundem Scholiast. ad vs. 93. *Ἱστοροῦσι γὰρ αὐτὸν ἀγαπηθῆναι ὑπό τινος νύμφης, ἣν Σωσίθεος Θάλειαν καλεῖ. παρακελευσαμένης δὲ αὐτῷ ἄλλῃ γυναικὶ μὴ ὁμιλεῖν, μὴ τηρῆσαι τὴν παραίνεσιν αὐτῆς. ὅθεν ὁ μὲν Θεόκριτός φησι τὴν νύμφην ἀποστῆναι αὐτοῦ· αὐτὸν δὲ ἀντιμεταβαλόντα τὸν ἐκείνης ἔρωτα, ὑπὸ λύπης μεταλλάξαι τὸν βίον. ἐκτὸς εἰ μὴ αὐτὸν μέν φησιν ἀπείπασθαι αὐτὴν, ἄλλης δὲ ἐρασθῆναι. — οἱ δὲ λοιποί φασιν αὐτὸν τυφλωθῆναι καὶ ἀλώμενον κατακρημνισθῆναι.*

Ad fragm. 3. Quaeritur, an huius argumenti scriptor recte distinxerit Menalcam Siculum et Chalcidensem: immo Hermesianax fabulas sequutus esse videtur inde ab antiquissimis temporibus propagatas,

*) Articulum inserendum putavit Schaeferus. Recte. Similiter Scholiasta in praecedenti fragm. *τὰ περὶ αὐτοῦ*. — *Εὐίππα* apud Ovid. Met. V, 308 est mater Pieridum, quae perhibentur Musarum aemulae.

Theocritus autem, ut alios pastores, ita Menalcam in Sicilia partes agentem suo induxit arbitrio, non ex traditionibus mythologicis. Id potissimum apparet ex fragmento praecedenti, ubi ipse Scholiasta ad veram rationem perducit.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Β.

Antonini Liberalis Metamorph. 39.

Ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ β'.

Ἀρχεοφῶν ὁ Μιννυρίδου πόλεως μὲν ἦν Σαλαμῖνος τῆς 4
ἐν Κύπρῳ, γονέων δὲ οὐκ ἐπιφανῶν· ἦσαν γὰρ ἐκ Φοινίκης·
χρήμασι δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ πλεῖστον ὑπερήνεγκεν.
οὗτος ἰδὼν τὴν θυγατέρα τὴν Νικοκρέοντος, τοῦ Σαλαμινίων 2
βασιλέως, ἠράσθη· γένος δὲ ἦν τοῦ Νικοκρέοντος ἀπὸ Τεύκρου τοῦ ξυνελόντος Ἴλιον Ἀγαμέμνονι· παρ' ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀρχεοφῶν ἐφίετο τοῦ γάμου τῆς παιδὸς, καὶ ὑπέσχετο πλεῖστα παρὰ τοὺς ἄλλους μνηστῆρας ἀποίσειν ἕδνα. Νικο-

---

Annotationes ad *fragm.* 4, 2. *Νικοκρέοντος τοῦ Σαλ. βασ.* „Berkelius Antoninum castigare volens e Diodoro Siculo Lib. XIX, 715 reponit, non duntaxat Salaminiorum, verum totius Cypri ducem a Ptolemaeo fuisse constitutum. Sed hinc Antonini fides non imminuitur: nam genus ducebat a Teucro, qui Salamina condidit, illudque regnum obtinuit, donec Ptolemaeus in Cyprum adversus reges imperium detrectantes ex Aegypto cum exercitu traiecerit, eosque eiecerit: *ταῦτα*, pergit Diodorus, *διαπραξάμενος, τῆς μὲν Κύπρου κατέστησε στρατηγὸν Νικοκρέοντα, παραδοὺς τάς τε πόλεις καὶ τὰς προσόδους τῶν ἐκπεπτωκότων βασιλέων.* Ceterum saevissimum fuisse, unde Cypri tyrannus vocabatur, ex Diogene Laërtio, Cicerone, Plutarcho aliisque ostendit Meursius d. l. [in Cypro p. 57], quem Berkelius hic describit." VERHEYK.

ἀποίσειν ἕδνα. Quum ἕδνα omnia nuptialia dona sint (cf. Pindar. Pyth. III, 94 ibique Schol. et ad Olymp.

κρέων δ' οὐχ ὑποδέχεται τὸν γάμον κατ' αἰσχύνην γένους τοῦ
3 Ἀρκεσφῶντος, ὅτι αὐτῷ πατέρες ἦσαν Φοίνικες. Ἀρκεσφῶντι δ' ἀποτυγχάνοντι τῶν πρὸς τὸν γάμον πολὺ χαλεπώτερος ἦν ὁ ἔρως, καὶ νυκτὸς ἐπὶ τὰ οἰκία τῆς Ἀρσινόης ἐφοίτα καὶ διενυκτέρευσε μετὰ τῶν ἡλικιώτων· ἐπεὶ δὲ αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον οὐδὲν ἐπετυγχάνετο, πείθει τροφὸν αὐτῆς, καὶ πλεῖστα δῶρα πέμψας, ἐπειράσθη τῆς παιδὸς, εἴ πως αὐτῇ
4 δύναιτο κρύφα μιχθῆναι τῶν γονέων. ἡ δὲ παῖς, ἐπεὶ τὸν λόγον ἡ τροφὸς αὐτῇ προσήνεγκε, κατεμήνυσε πρὸς τοὺς γονέας· οἱ δὲ, γλῶσσαν ἄκραν καὶ ῥῖνα καὶ δακτύλους ἀποτε-

---

IX, 11) utramque significant dotem, et quae a sponso sponsae et a sponsa sponso offertur. Hoc loco prior valet notio, aliis poetarum locis posterior. Exempla contulit Verheyk. ad h. l.

3. ἀποτυγχανομένῳ, ita vulgo legitur. Io. Th. Schneiderus in margine editionis Teucherianae (quod exemplum hodie in Bibliotheca Regia Vratislaviensi servatur) coniecturam ascripsit ἀποτυγχάνοντι. Sed in Lexico v. ἐπιτυγχάνω maiori etiam cum probabilitate ἀποτυγχάνοντι τῶν πρὸς τὸν γ. Idemque paullo infra scribendum suadet: ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τῶν πρὸς τὸ ἔργον οὐδὲν ἐπετυγχάνετο, pro vulg. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον οὐδὲν ἐτυγχάνετο. Quum sibi opposita sint verba ἀποτυγχάνεσθαι et ἐπιτυγχάνεσθαι, posterior quidem emendatio pro vera habenda est; sed nescio an non opus sit articulo τῶν post αὐτῷ inserto.

„πείθει τροφὸν ἑαυτοῦ] Αὐτῆς cum Cl. Valckenario legendum. Confirmat Ovidius d. l. vs. 703.

> Et modo nutrici miserum confessus amorem,
> Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnae." VERH.

ἐπειράσθη, ita emendandum pro vulg. ἐπειράθη. Apud S. Paulum Apostolum Ep. ad Hebr. 4, 15 a Munckero laudatum Griesbachius sinceram formam restituit πεπειράσμένον pro vulg. πεπειραμένον. Piersonus ad Moerin Att. p 310 loquutione ex Achille Tatio II p. 125 allata, ἀποπειρασθῆναι τῆς κόρης, prudenter etiam reposuit εἴ πως αὐτῇ pro vulg. αὐτῷ.

μόντες τῆς τροφοῦ, καὶ λωβησάμενοι ἀνοικτρῶς, ἐξήλασαν ἐκ τῶν οἰκίων· καὶ πρὸς τὸ ἔργον ἐνεμέσησεν ἡ θεός. Ἀρκεοφῶν μὲν οὖν καθ' ὑπερβολὴν πάθους καὶ ὑπεροψίαν τὴν πρὸς τὸν γάμον ἔκων ἀποθνήσκει κατὰ τροφῆς ἔνδειαν. οἱ δὲ πολῖται τὸν θάνατον οἰκτείραντες ἐπένθησαν· ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ τὸ σῶμα προήνεγκαν εἰς ἐμφανὲς οἱ προσήκοντες. καὶ οἱ μὲν ἔμελλον κηδεύσειν, Ἀρσινόη δὲ πρὸς ὕβριν ἐπεθύμησεν, ἐκ τῶν οἰκῶν ἐκκύψασα, τὸ σῶμα τὸ τοῦ Ἀρκεοφῶντος καταικαιόμενον ἰδεῖν. καὶ ἡ μὲν ἐθεᾶτο, μισήσασα δὲ τὸ ἦθος Ἀφροδίτη, μετέβαλεν αὐτὴν, καὶ ἐποίησεν ἐξ ἀνθρώπου λίθον, καὶ τοὺς πόδας ἐρρίζωσεν ἐπὶ τὴν γῆν.

---

4. ἡ θεὸς, ita dicitur κατ' ἐξοχὴν, quae deinde Ἀφροδίτη, apud Ovid. vs. 750 *deus ultor*.

5. καθ' ὑπερβολὴν πάθους, apud Ovid. vs. 716.

Non tulit impatiens longi tormenta doloris.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Γ.

Athenaeus XIII, 70 sq. p. 597 A sqq.

Παρέλιπον δὲ καὶ τὴν Μιμνέρμου αὐλητρίδα Ναννὼ καὶ τὴν Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον· ἀπὸ γὰρ ταύτης, ἐρωμένης αὐτῷ γενομένης, ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία, ὧν ἐν τῷ τρίτῳ κατάλογον ποιεῖται ἐρωτικῶν, οὑτωσί πως λέγων·

Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
Ἀγριόπην, Θρῇσσαν στειλάμενος κιθάρην,
Ἀιδόθεν, ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον,
ἔνθα Χάρων ὠχρὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον·

Ad vs. 1. *Οἵην μὲν — ἀνήγαγεν*, subaudiendum est *γιγνώσκεις* sive *οἶσθα*, ut docent vss. 49. 73. 75. — Recte observavit Heynius ad Apollodor. I, 3 solenne esse *ἀνάγειν*. Sic etiam de Alcestide ap. Sext. Emp. Hypotyp. I, 33 p. 61. *λέγεται ὁ Ἡρακλῆς ἀποθανοῦσαν τὴν Ἄλκηστιν αὖθις ἐξ ᾅδου ἀναγαγεῖν*. Schol. Eurip. Alcest. 164. *αὐτὴν ἀνήγαγεν ἐξ ᾅδου*. — Cod. B apud Dindorfium exhibet *οἰαγροις*, vitio satis aperto.

Vs. 2. Ruhnkenius reponendum esse censet *Θρῄσσα — κιθάρῃ*. Quod quidem epitheton perpetuum ut reponatur, suadet etiam C. F. Heinrichius, Observatt. in Auctores vett. p. 26, qui, ut comprobaret, quoties Iota subscriptum et littera *N* in Codd. permutarentur, laudavit Pierson. Verisimil. p. 127 atque locis a Ruhnkenio allatis adiunxit etiam Senecae Herc. Oet. 1033. *Tangeus Threïciam chelyn Orpheus.* Claudian. Rapt. Pr. II praef. 7 sq.

> Illius et duri flevere silentio montes
> Silvaque Bistoniam saepe secuta chelyn.

Sed veram lectionem indagavit Ilgenii divinatio: nimirum Cod. A (qui apud Ruhnkenium est *Venetus*) apud Schweighaeuserum et Dindorfium praebet *κιθάρην* pro vulgari editorum lectione *κιθάρῃ* (P. V. L. ap. Dindorf). Attamen falso interpretatur hunc versum idem vir doctus: *postquam instruxerat, vel intenderat Threïciam citharam;* comparatis exemplis Homericis Odyss. ξ, 248. Il. α, 433. Bene autem perspexit id fieri non posse, quia de *reditu* ex Orco, non de *aditu* poeta loquatur, nec per temporis rationem permitti, ut actio *τοῦ στέλλεσθαι κιθάρην* pro caussa *τοῦ ἀνάγειν Ἀγριόπην* habeatur, quum non perfectum, sed *ἀόριστον* sit. Melius igitur Schweighaeuserus sententiam hisce Dalecampii verbis expressit: *Thracia instructus cithara*, quoniam *στέλλειν instruere, ornare* denotet, et verbum *στειλάμενος* cum Accusativo casu eadem ratione constructum fuerit, qua verba *ἠμφιεσμένος, κεκοσμημένος, ἐξηρτημένος* et similia. Sed optime compa-

Oeagri qualem carus deduxit ab Orco
Instructus cithara filius Agriopam
Threïcia, vectus dira atque immitia regna,
Pallidam ubi in cimbam colligit nauta Charon.

---

rare licet Herodotum VII, 62. *Μῆδοι δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην* [*σκευὴν*] *ἐσταλμένοι ἐστρατεύοντο.* cf. 93. Lectioni vulgari favet Lucian. T. I p. 339 ed. Hemsterh. *ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις γελοίως.* Per se quidem utraque lectio probanda, sed Accusativus est exquisitior, et, quum accesserit Codicis auctoritas; eam quoque ob rem praeferendus. Bene etiam Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 444 Hermesianactis loquutionem contulit cum Virgiliana Aen. VII, 187. *Quirinali lituo succinctus.* — Ceterum Cod. B *θρήϊσσαν.*

De *Agriopa* vide Epimetrum I.

Vs. 3. *ἔπλευσεν*, sic Cod. A apud Ruhnkenium. Vulgo *ἔπλευσε.*

ἀπειθέα χῶρον. Quod quidem eleganter dictum esse observat Heinrichius, allato Propertio V [IV], 11, 2.

Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viae.

atque Antipatro in Brunckii Anal. II p. 37.

ἐς γὰρ ἄκαμπτον,
ἐς τὸν ἀνύσιητον χῶρον ἔβης ἐνέρων.

Vs. 4. Libri omnes *ἀκοὴν*, quod quum explicari non posset, varia tentarunt viri docti. Lennepius ad Coluth. p. 162 revocavit *κοινὴν*, ut ap. Propert. III, 16, 24. *Publica cymba senis.* Sophocl. Elect. 137, *λίμνη πάγκοινος Ἅιδου.* Aiac. 1219. *Ἅιδης κοινός.* Suffragantur Valckenarius (Diatribe Euripid. p. 281. quanquam ipse coniecerat p. 280. *ἄκρην*, ita ut *Charontea cimba* esset *extrema* omnium, quam ingredi omnes oportet ad postremum iter conficiendum) Ruhnkenius et Dindorfius. Accedit Heinrichius, qui laudat etiam Pindar. VII, 45. *κοινὸν γὰρ ἔρχεται κεῦμ' Ἀΐδα.* ibique cf. Dissen. Leonidam Tarent. Ep. 66 in Brunckii Anal. I p. 237. *κοινὸς πᾶσι λιμὴν Ἀΐδης.* Aeschyl. Sept. c. Theb. 862 (844) *θεώρίδα — πάνδοκον.* Adde Epigr. ap. Demosth. pro

ψυχὰς οἰχομένων, λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ,
ῥεῦμα διὲκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.
ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μονόζωστος κιθαρίζων
Ὀρφεύς, παντοίους δ' ἐξανέπεισε θεούς·

Corona p. 322 Reisk. Vs. 4. (Brunck. Anal. III p. 284) Ἀΐδην κοινόν. cf. Mitscherlich. ad Hymn. in Cerer. 9. Idemque recte iudicat κοίλην epitheton esse nimis otiosum. cf. ibid. I. H. Voss. p. 9. Artemidor. I, 78. κοινὸς γὰρ ὁ τόπος οὗτος [τῶν πορνείων] καλεῖται, ὡς καὶ ὁ τοὺς νέκρους δεχόμενος. cf. Reiffii Not. p. 296. Sophocl. Electr. 1081. — Ilgenius, qui eam ob caussam Toupii ad Theocrit. p. 399 coniecturam *ΚΟΙΛΗΝ* praeferendam esse putat, quod κοίλη pro *capax* accipi possit, in cardinalem artis hermeneuticae normen peccavit. Magnus Casaubonus emendandum proposuerat aut αἰνὴν aut πικρὰν aut λυγρὰν vel simile epitheton. „Dalecampius (inquit) accipit pro ὡς ὁ λόγος, *ut fama est.* Durum hoc et ἀπίθανον." Westonius coniecit ἀχόρην, *sine choris, illaetabilem*, collato Sophocl. Oed. Col. 1223. in quam coniecturam per se iam ineptam recte animadvertit Schweighaeuserus in feminino genere ut in masculino dicendum fuisse ἄχορον. Neque tamen placet nobis ipsius Schweighaeuseri suspicio, ἀχορῆ proponentis, quod idem atque ἀχόρεστον valeat, *insatiabilem.* Blomfieldius in Diario classico Vol. VII p. 288 coniecit ὠχρὴν, *in pallidam cimbam* — ut *Orci pallentia regna:* quae quidem emendatio quum ad Codicum vestigia proxime accedat, prae ceteris commendanda est. Silius Ital. XI, 475 sqq. — *Pallida regna*

Bistonius vates flammisque Acheronta sonantem
Placavit plectro et fixit revolubile saxum.

Horat. Carm. III, 4, 74. *luridum Orcum.* cf. Forcellin. v. *luridus.*

Vs. 5. ψυχὰς οἰχομένων, i. q. apud Homer. Odyss. λ, 37. ψυχαὶ νεκύων κατατεθνηώτων. Participium οἰχόμενος pro θανών serioris esse aetatis Wernsdorfius docuit ad Tryphiodor. p. 593. Significantius apud Homer. Il. χ, 213. ὤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο. ψ, 100 sq. ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς, ἤϋτε καπνὸς, ὤχετο.

Vs. 5. Cod. A λίμνηι P. V. L. λίμνη atque ita vulgo editiones, quae vs. 6 ῥυομένη. Ruhnkenius: λίμνης —

Defunctorum animas, lateque admurmurat altos
Per calamos volvens magna fluenta lacus.
Ast ausus vastos ad fluctus tangere nervos
Orpheus, et divos permovet omnigenos,

χεῦμα — ῥυομένης. Sed hic locus, qualis legitur in P. V. L., omnino sanus est, interprete Ilgenio: *Alte murmurat lacus infernalis, longa ex arundine undas trahens:* qui citat etiam Virgil. Georg. IV, 478.

> Quos circum limus niger et deformis arundo
> Cocyti tardaque palus inamabilis unda
> Alligat, et novies Styx interfusa coërcet.

ubi cf. Voss. p. 890 sqq. Weber. ad Poet. eleg. p. 566 sq. Ῥεῦμα est idem quod Latinorum *flumen*, ut apud Lucretium I, 282 sq. *Ac quom mollis aquae fertur natura repente Flumine abundanti.* Quod vulgo et recte quidem legitur μακρὸν ἀὐτεῖ, in Cod. B est μακρὸν ῥυτεῖ.

Vs. 7, μονόζωστος, palmaria est Ruhnkenii emendatio pro librorum lectione μονόζωστον. Schweighaeuserus vulgatum ita defendit, ut intelligatur μέλος, *solitarium carmen.* Sed haec mera est hariolatio, quia epitheton μονόζωστος optime quidem quadrat in hominem, minime tamen in carmen sive rem similem. — καθαρίζων omittit P. lacuna indicata.

Vs. 8. Libri omnes παντολους. Ruhnkenius aliquando πομπαίους. Valckenarius ἀνταίους. Ilgenius mirum in modum atque fusius tractavit hunc locum, cuius rationes afferre longum est. Nimirum Heinrichius merito observat sine ratione illa verba vexasse interpretes, atque explicat παντολους θεοὺς, *omnium ordinum numina,* quae Orcus habet. Epitheton παντοῖος imprimis spectat ad diversas deorum infernorum figuras, quales in versibus sequentibus describuntur, appositionis loco adiectis. Valet hic usus vocis παντοῖοι iam apud Homer. Odyss. ρ, 486. θεοὶ, — παντοῖοι τελέθοντες. cf. Virgil. Aen. VI, 273 sqq. Prorsus similis est locus Virgi-

Κωκυτόν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα
ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς,
ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα

---

lianus Aen. VIII, 698. *Omnigenumque deum monstra.* Homer. Odyss. λ, 36 sqq.

αἱ δ' ἀγέροντο
ψυχαὶ ὑπὲξ Ἐρέβευς νεκύων κατατεθνηώτων,
νύμφαι τ' ἠιθεοί τε πολυτλητοί τε γέροντες,
παρθενικαί τ' ἀταλαί, νεοπένθεα θυμὸν ἔχουσαι·
πολλοὶ δ' οὐτάμενοι χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν,
ἄνδρες Ἀρηίφατοι, βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντες·
οἳ πολλοὶ περὶ βόθρον ἐφοίτων, ἄλλοθεν ἄλλος
θεσπεσίῃ ἰαχῇ· ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει.

Itaque frustra etiam Blomfieldius in Diario classico l. c. proposuit *ἐγγαίους*, ut Aeschyl. Suppl. 162 Plutonem vocet *ΕΓΓΑΙΟΝ, τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.* Ita legendum esse pro vulg. *τοὔγγαιον.*

Vs. 9. Ruhnkenius librorum lectionem *ἀθέμιστον* temere mutandam censuit in *ἀπόθεστον*, similiterque *ἐπ' ὀφρύσι* in *ὑπ' ὀφρ.* Westonius nimis indulsit ingenio, quum *ἔχθιστον* coniecerit. Librorum lectio simpliciter interpretanda est auctore Heinrichio, *ἀθέμιστος, iniustus, nefarius*, ut Virgil. Georg. III, 37. *Amnis severus Cocyti.* *Ἀθέμιστος*, autem vocatur *Cocytus*, quoniam ignorat *leges humanas*, velut apud Homerum *Κύκλωπες ἀθέμιστοι*, et quoniam indiget sensu iudicioque humano, neque ullius defunctorum misericordia commovetur. Similiter Homer. Il. ι, 63 sq.

ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται, ἐπιδημίου, ὀκρυόεντος.

ubi Schol. Venet. *ἀθέμιστος δέ ἐστιν ὁ ἄδικος καὶ ἄνομος καὶ θηριώδης.* Itaque intempestiva est Ilgenii coniectura *ἀνέθιστον, quod nulla consuetudine acquisitum est, prorsus insuetum*, totum versum ita exponentis: *Cocytus adeo, quod ipsi insuetum prorsus est, placidis ei arrisit superciliis.* Sed quantum haec interpretatio contorta distat a simplicitate Heinrichio probata. Weberus in interpretatione et Iacobsius in litteris ad me datis *ἀθέμιστον* coniunxerunt cum verbo *μειδήσαντο*, et posterior quidem eam ob caussam, quod *Κωκυτὸς*, ut *Ἅιδης*

Cocytum immanemque supercilio arridentem,
Lumina terrifici sustinuitque canis,
Ignes cui fauces acuunt, ignesque tremenda

---

omnino, ἀμείδητος sit: quibus favet Homericum σαρδόνιον μειδᾶν Od. υ, 301. ἀχρεῖον χελᾶν ib. σ, 163. Sed talis explicatio minus quadrat in hilarem risum, quem excitavit Orphei lyra atque cantus. — In posteriori versus parte Ilgenius iure adversus Ruhnkenium defendit librorum lectionem ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα, quippe qui praepositionem ἐπί referendam esse doceat, non ad ὀφρύσι, verum ad μειδήσαντα, ita ut ὀφρύσι sit casus instrumentalis: Homer. H. in Cerer. 357. μείδησεν δὲ ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς ὀφρύσιν. Pindar. Pyth. IX, 39 (65) Κένταυρος — ἀγανᾷ χλαρὸν γελάσσαις ὀφρύϊ. Neque aliena ab hoc loco quae Westonius provocavit exempla, Homer. Il. α, 528. κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. ο, 102. οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν ἰάνθη. Odyss. π, 160. ἦ δ' ἄρ' ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε. φ, 431. ἦ, καὶ ἐπ' ὀφρύσι νεῦσεν. Addit Heinrichius: „Risu autem declaratur vultus hilaritas, quam cantus dulcedo induxerat: ut ap. Horat. Carm. III, 11, 21.

Quin et Ixion Tityosque vultu
Risit invito. —

Cod. B transpositione litterarum praebet μηδείσαντα.

Vs. 10. αἰνοτάτου — κυνὸς, cf. Hesiod. Theog. 310 sqq. de *Echidna:*

δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν,
Κέρβερον ὠμηστήν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον,
πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε κρατερόν τε. — Pro κυνὸς Cod. B. κυρὸς.

Vs. 11. φωνῇ V. L. φωνὴ P. Lennepius reposuit φωνὴν, quae quidem emendatio confirmatur Accusativo, qui sequitur, παραλλήλῳ, ὅμμα σκληρόν. Θοοῦσθαι φωνὴν bene interpretatus est Ruhnkenius *incitata voce latrare.* Hoc verbum ad eandem radicem referendum est, ad quam adiectivum θοός. Iam vero Buttmannus Lexilog. II p. 63 sqq. luce clarius ostendit genuinam huius Adiectivi significationem fuisse ὀξύς, *acutus,* atque verbi θοοῦν, ὀξύνειν, *acuere,* ut in Odyssea ι, 327.

σκληρὸν τριστοίχους δεῖμα φέρων κεφαλαῖς.
ἔνθεν ἀοιδιάων μεγάλους ἀνέπεισεν ἄνακτας
Ἀγριόπην μαλακοῦ πνεῦμα λαβεῖν βιότου.
οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς Μήνης ἀγέραστον ἔθηκεν
Μουσαῖος, Χαρίτων ἥρανος, Ἀντιόπην,

ἐγὼ δὲ θέωσα παραστὰς ἄκρον. Utrumque verbum, et θοοῦν et ὀξύνειν, posteriore aetate accepit significationem *incitandi*, quod probant exempla a Ruhnkenio allata. cf. Iacobs. ad Anth. Gr. II, 3 p. 305. Eaque significatio translaticia apparet etiam in Latinorum verbo *acuere*, de quo consulas Forcellini Lexicon.

Vs. 12. *φέρων* P. V. L. Recte. Nam rationes, quae Ruhnkenium commoverunt ad hanc lectionem in *φέρον* mutandam, licet suffragetur Schweighaeuserus, minus dilucidae sant. Praestat omnino, ut Heinrichius ait, alterum *δεῖμα φέρων κεφ.* ut ad Orpheum referatur, qui cantus sui vi monstrum illud deinceps flexerat eique horrorem incusserat. Homer. Il. ε, 682. *δεῖμα φέρων Δαναοῖσι.* Neque opus est coniectura ab eodem praeceptore meo proposita, *θαῦμα* pro *δεῖμα*, quanquam illa quidem acuta, nescio tamen an minus vera. Epitheton *σκληρὸν*, admonente Iacobsio, rettulimus ad *δεῖμα*, non, ut vulgaris interpunctio flagitat, ad *ὄμμα*.

Vs. 13. *ἀοιδιάων* V. L. *λυδιάων* B. P et A. apud Ruhnkenium. Schweighaeuserus autem animadvertit ex suo Codice Veneto-Paris. A ad vulgatum *ἀοιδιάων* nullum dissensum annotatum esse.

Vs. 15. *υἱὸς Μήνης.* Musaeus ab aliis Eumolpi, ab aliis Orphei (i. e. pertinet ad Orphei scholam musicam ac poeticam) et Lunae filius fuisse dicitur, unde Iustinus Martyr ad Graecos Cohort. p. 12 ed. Sylburg. Orpheum scripsisse ait *πρὸς τὸν αὐτοῦ υἱὸν Μουσαῖον καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατάς·*

σὺ δ' ἄκουε, φασοφόρου ἔκγονε Μήνης,
Μουσαῖε. — cf. Euseb. Praep. Ev. XIII, 12.

Μήνη autem eadem est, quae vulgo dicitur *Σελήνη* sive *Luna*, ut iam in Hymno Homer. 32. Atque Philochorus (fragm. 116) referente Scholiasta ad Aristoph. Ran. 1065. *τὸν Μουσαῖον* vocat *παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου*. Plato etiam Polit. II p. 364 E commemorat *Μουσαῖον καὶ*

Lumina, tergeminum territat ille caput.
Hic magnos dominos flectit dulcedine cantus,
Ut mollis redeat spiritus Agriopae.
Ipse satus Mena Antiopam decoravit honore
Musaeus, Charitum qui coryphaeus erat;

Ὀρφέα Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐκγόνους. Hinc Porphyrius apud Proclum ad Platon. Tim. p. 51 Musaeum appellat *Σεληνιακόν*. cf. Creuzer. Symb. IV p. 381 ed. I. Apud Suidam v. *Μουσαῖος* est filius *Ἑλένης*, pro frequenti permutatione. v. Welcker. Über eine Kret. Colonie in Theben p. 18. cf. p. 8. 87.

ἀγέραστον ἔθηκε. Bene observavit Ilgenius *γεραίρειν* de cantu dici ap. Homer. Hymn. Mercur. 429. Neque inepta videtur eiusdem viri opinio, fortasse carmen illud, quo Musaeus Antiopam celebraverit, hymnum fuisse in Cererem, cuius mentionem facit Pausanias I, 22, 7. IV, 1, 4. Etenim verba, quae sequuntur, huic coniecturae mirabiliter favent.

Vs. 16. *Χαρίτων ἤρανος.* Similiter infra vs. 22 Hesiodum vocat *πάσης ἤρανον ἱστορίης.* Veteres Grammatici plerumque hanc vocem explicant *κόρανος.* Etym. M. p. 436, 28. *Ἤρανος, βασιλεύς, ἢ βοηθός. παρὰ τὴν ἦραν τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν. γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἔρως, ἔρανα καὶ ἤρανα.* Hesych. v. *ἤρανος, βασιλεύς, ἄρχων, σκοπὸς, φύλαξ.* Sed hoc loco respicienda est potissimum radix *ἤρ*, cuius Accusativus est *ἦρα*, quem interpretantur *τὴν χάριν* (v. Buttmanni Lexilog. I p. 150). Unde sequitur *Χαρίτων ἤρανον* valere idem quod *Χάρισι κεχαρισμένον* sive *Χαρίτων φίλον*, ideoque Etym. l. c. vs. 34 adiecit: *καὶ ἤρανος, ὁ ἐράσμιος.* cf. Pierson. Verisimil. p. 105. cui adiungatur Empedocles vs. 421 ed. Sturz. de Pythagora: *Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.* Herodes Atticus in Brunckii Anal. II p. 300. *Πότνι' Ἀθηνάων ἐπιήρανε Τριτογένεια.* cf. Schneideri Lexic. v. *ἐπιήρανος.* — Ceterum B. P. exhibent *ἦραν ὃς* separatim.

De *Antiopa* v. Epimetrum II.

ἥτε πολυμνήστῃσιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὐασμὸν κρυφίων ἐξεφόρει λογίων,

Vs. 17. ἥτε A (ἤτε Venet. et Med. ap. Ruhnken.) ητε B. . . τε P. ὅς τε V. L. Quod sequitur, *πολυμνήστησιν* (sic enim Codd. sine iota subscripto: *πολυμνης τησιν* separatim B.), leni quidem medicina Schweighaeuserus emendavit *πολυμνήστῃσιν*, falso tamen interpretatus est, subintelligendo substantivo *παρθένοις* aut *γυναιξί*. Verum procul dubio perspexit Ilgenius: „Apud Homerum est *πολύμνηστος multis votis expetitus*, et de mulieribus adhibetur multos procos habentibus. Sic dicitur Penelope *πολυμνήστη βασίλεια* Odyss. δ, 770. ψ, 149 et Eumaeus ξ, 64 inter bona, quae a domino in fidelem pastorem conferri solerent, commemorat *πολυμνήστην γυναῖκα*. Ex hoc loco intelligimus, potestatem vocis esse eam, ut non tam de multitudine ambientium nuptias cogitandum sit; quod de virgine subulco danda vix sperari potest; quam de sedulitate ambientium vel ambientis et crebra precum repetitione. Deinde ad deos transfertur, qui precibus fatigantur et cantu commemorantur; Orph. Hymn. XLI, 1. 2 [XLII ed. Hermann.]

Θεσμοφόρον καλέω παρθηκοφόρον Διόνυσον,
σπέρμα πολύμνηστον πολυώνυμον Εὐβουλῆος.

Sic Bacchus etiam vocatur Hymn. XLIX, 2 [L. Herm. Addendus erat Hymn, VI, 4]. Hoc nostro loco *πολύμνηστα* sunt *Ceres* et *Proserpina*, quae saepius communi vocantur cognomine, v. c. *Θεσμοφόρῳ*, Aristoph. Thesmoph. 282. 297. 1156. *πυρφόροι*, Eurip. Phoeniss. 699. *μέγαλαι θεαί*, Sophocl. Oed. Col. 715. *διώνυμοι*, Eurip. Phoen. 689. *Σεμναί τ' αἰδοῖαί τε*, Homer. in Cer. 485. *Πολύμνηστα* igitur sunt *deae, quae multum celebrantur, et precibus multis invocantur*; ut non adeo differat hoc cognomen a *πολυλλίστη*, quo dicitur Ceres nomine apud Orph. H. XL, 9 [XLI]

Ἀλλὰ, θεά, λίτομαί σε, πολυλλίστη βασίλεια,
ἐλθεῖν εὐάντητον ἐπ' εὐιέρῳ σέο μύστῃ.

et a *τριλλιστός* ap. Callimach. H. in Cer. fin.

Ἵλαθί μοι, τριλλιστε, μέγα κρείουσα θεάων.

Magnum quae Cerealem ad Eleusina sustulit almis
Clamorem, reserens condita sacra deae,

Dativus autem πολυμνήστῃσιν refertur ad sequens ἐξεφόρει εὐασμὸν, ut sit: *in honorem dearum venerandarum.*" De cultu utriusque deae in Mysteriis Eleusiniis potissimum celebrato v. Creuzeri Symb. Vol. IV. — Blomfieldius in Diario classico Vol. VII p. 233 legendum proposuit ἤτε πολὺν μυστῆσιν Ἐλευσῖνος κ. τ. λ. „πολὺν μυστῆσιν, inquit, pro πολυμνήστῃσιν tam certum est, quam quod certissimum." Profecto, si cui placet! I. H. Vossius, ut mox accuratius videbimus, πολυμνήτοιο.

Vs. 18. εὐασμὸν A. ap. Ruhnken. ἔνασμον B. εὔοσμον P. V. L. Qui in usum Schweighaeuseri contulit Cod. A. is quidem nullam annotavit diversitatem; sed ille non dubitat, in suo quoque Codice, si denuo fuerit excussus, eandem scripturam iri repertum, quam Ruhnkenius receperit. *Εὐασμὸς, oratio,* proprie est exclamatio Bacchidum, idem igitur significans, quod forma εὔασμα apud Euripid. Bacch. 117 (129) καλλίκτυπον εὐάσμασι Βακχᾶν. ib. 137 sq.

ἅμα δ' ἐπ' εὐάσμασιν ἐπιβρέμει
τοιάδ'· ὦ ἴτε Βάκχαι.

Forma εὐασμός extat ap. Etym. M. p. 707, 18. Hac voce poeta idem fere denotare videtur, quod apud Aristoph. Ran. 316 sqq. initiati exclamant Ἴακχ', ὦ Ἴακχε: unde Mysteriorum dies sextus vocatus esse dicitur Ἴακχος. v. Creuzer. l. c. p. 564. Ceterum verbum ἐκφορεῖν hoc loco eadem utitur significatione, qua Latinum *efferre*: sic Plautus Amphitr. I, 1, 73. *Clamorem utriusque efferunt:* ab Ilgenio male adhibitum, esse Pindar. Nem. IV, 100. docent Dissenii Explicationes p. 386.

κρυφίων λογίων, i. e. Μυστηρίων sive Ὀργίων. Aristoph. Ran. 384 sq. Δήμητερ, ἁγνῶν ὀργίων ἄνασσα.

Ῥάριον ὄργι' ἀνὰ τέμενος διαποιπνύουσα

Vs. 19. Ante omnia scribendum est *Ῥάριον*, spiritu leni, docente Hermanno ad Hymn. Cerer. 451 ex Scholiis ad Homeri Iliad. *α*, 56. Quod quidem mirifice fugit accuratam Dindorfii diligentiam. Deinde *ὀργίων* P. V. L. *ὀργιὼν* Schweigh. *ἀνέμῳ διαποιπνωιουσα* (*διαποιπνύισα* apud Ruhnken.) A. *ἀνέμῳ διαποιπνώουσα* B. *ἀνέμῳ διαποιπνύουσα* V. L. Verbum *διαποιπνύειν* confirmatur Apollonio Rhod. IV, 1113. *Ἀμφίπολοι δέσποιναν ἑὴν μεταποιπνύουσαι.* Varia tentarunt interpretes: ad calcemne percurrerit quisquam, licet dubitare. Agite igitur videamus novamque ingrediamur viam periculum faciendo.' Ilgenius dedit *Ῥάριον ὀργίων ἀν' ἐπῴδια ποιπνύουσα Δήμητρα.* Musicam ait in omnium fere deorum sacris adhibitam esse, organicam et vocalem; vid. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 243. In Cereris sacris admissam esse non sinere dubitare locum Aristoph. Thesmoph. 327. ubi ita mulieres:

> *Χρυσία τε φόρμιγξ ἠχήσειεν ἐπ' εὐχαῖς*
> *ἡμετέραις· τελέως δ'*
> *ἐκκλησιάσαιμεν Ἀθηναίων*
> *εὐγενεῖς γυναῖκες.*

Hunc igitur illa emendatio exprimit sensum: *Antiopa, sacerdos inter organorum musicorum sonos Rhariae Cereri ministrans.* — Schweighaeuserus, Lennepii astipulatus coniecturae, scripsit: *ἀνεμώλια ποιπνύουσα*, „ut *ἀνεμώλια* esset Accusativus pluralis, qui perinde etiam pro adverbio positus accipi posset, *vana laboravit, in vanum, frustra ministravit Cereri:* nempe nullum ex hoc officio Cereri praestito nomen, nullam gloriam ad posteritatem nacta est: *sed per Musaei carmina nota facta est et celebratur, etiam postquam in Orcum descendit.*" Qua quidem coniectura nihil sane languidius, nihil ieiunius. Melius profecto, quod machinatus est Blomfieldius in Diario class. VII p. 233. *Ῥάριον ὀργεῶνα νόμῳ διαποιπνύουσα Δήμητρος*, insuper addens: *Antimachus* [ap. Suidam. v. *Ὀργεῶνες*] *tradit Cererem Καβάρνους fecisse ὀργειῶνας* [immo *ὀργεῶνας* in libris]. *Hesychius vero, Κάβαρνοι οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς. Quare nihil emendatione nostra verisimilius.*

Dum Cereris celebrat mysteria rite per agrum

Singularem viam ingressus est Doederleinius, in Symbolis Philologorum Helvetiorum Vol. I p. 248 sqq. haecce machinatus:

ὅστε Πολυμνήστησιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὐασμὸν κρυφίων, ἐξεφόρει λογίων,
Ῥάριον, ΟΡΓΙΩΝΑ ΝΕΜΩΝ διαποιπνύουσαν
Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

Temere observat vir eruditus se nolle ὅστε in ἥτε commutare: at si quid exhibent libri manuscripti, equidem nescio, quam vim attribuerit Doederleinius verbo *commutandi*. Neque apte Ῥάριον rettulit ad πέζαν. Atque nuperrime hunc locum tentavit I. H. Vossius, ut cygneam vocem caneret, in libro post mortem viri immortalis edito, Hymn. ad Cerer. p. 130.

ἥ τε πολυμνήστοιο Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὐασμὸν κρυφίων ἐξεφόρει λογίων,
Ῥαριάδ' ὀργειῶν ἀνίμῳ ἴσα ποιπνύουσα
Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ.

Sed vide sis ipsius interpretationem p. 131.

Plerique interpretes nimis fortasse indulserunt copulationi Ῥάριον Δήμητρα, quam nescio an non flagitetur: immo latere vocabulum quoddam videtur in hisce elementis ΑΝΕΜΩ, quod referatur ad Ῥάριον. Iam vero Pausanias I, 38, 6 claris verbis describit locum, quem respicit poeta: φρέαρ τε καλλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ἦσαν ἐς τὴν θεόν. τὸ δὲ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρποὺς, καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. Etiam Homer. Hymn. in Cerer. 449 sqq. de *Cerere:*

ἐσσυμένως δ' ἦλθε κατ' Οὐλύμποιο καρήνων,
εἰς δ' ἄρ' Ῥάριον [πεδίον] ἷξε, φερέσβιον οὔθαρ ἀρούρης
τὸ πρίν, ἀτὰρ τότε οὔτι φερέσβιον, ἀλλ' ἀπάτηλον
εἵστήκει πανάφυλλον. — cf. Voss. ad h. l.

Itaque desiderabamus vocabulum, quale est aut πεδίον, aut νέμος, aut νομός, aut simile quoddam. Quidni emendandum hoc modo?

Ῥάριον ὄργι' ἀνὰ τέμενος διαποιπνύουσα
Δήμητρος. —

20 Δήμητρος, γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

Similiter apud Homer. Il. β, 695 sq. Πύρασον ἀνθεμόεντα, Δήμητρος τέμενος — nisi quod apud Hermesianactem Genitivus Δήμητρος dependet a voce ὄργια. Neque erunt, qui rationes palaeographicas nostrae emendationi propitias esse negaverint, librorum manuscriptorum comparaturi vestigia, nisi fallor, per compendium ducta:

ΟΡΓΙΩΝΑΝΕΜΩ

cum hisce elementis: ΟΡΓΙΑΝΑΤΕΜΕΝΟΣ.

Sensus: *Antiopa, quando in Rario campo Cereris mysteria celebrabat.* Quomodo Weberus emendaverit hunc locum, non contigit mihi expedire ipsius interpretationem reputanti: *Wann sie als Priesterin ämsig auf Rarischer Flur Demetra Feierte.* Neminem, opinor, offendit τέμενος, quod iam apud Homerum germanam habet significationem *agri* sive *campi separati;* κατ' ἐξοχὴν autem significat agrum diis consecratum, velut hoc loco, et apud Homer. Il. ϑ, 48. Γάργαρον, ἔνθα δέ οἱ [Διΐ] τέμενος βωμός τε ϑυήεις. cf. ψ, 148. Odyss. ϑ, 363 ubi Eustathius: Τέμενος δὲ γῆ ἀποτομὰς, ὃ ἐστιν ἀποτετμημένη τῶν πέριξ. καὶ νῦν μὲν ἱερὸν τοῦτο τέμενος. κοινῶς μέντοι καὶ πᾶς τόπος παρὰ τῷ ποιητῇ, ὃς τῶν ἄλλων ἀφώρισται. Derivandum est enim a verbo τέμνειν. Neque minus offendet loquutio ὄργια Δήμητρος διαποιπνύειν, quam Δήμητρα διαποιπνύειν, quoniam posterior, ut recte sensit Schweighaeuserus, usui Homerico aeque oppugnat atque prior. Buttmannus Lexilog. I p. 176 sqq. demonstravit genuinam verbi ποιπνύειν significationem referendam esse ad notionem *festinandi* sive *festinanter et assidue agendi,* unde in rebus religiosis notio *celebrandi.*

Vs. 20. Merito Weberus p. 671 in memoriam revocat Horatii Carm. IV, 9, 26 sqq.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illacrimabiles
Urgentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Rarium; et infernis nota puella viget.

Vs. 21 sqq. Heinrichius: „Iunge: *Θημὶ καὶ Ἡσ. Βοιωτὸν ἀποῤῥὸλ. μέλαθρον ἐχπέσθαι Ἀσκραῖον* sc. *μέλαθρον*. Quod postremum tamen languet. Quare melius legitur cum *Ilgenio* Ἀσκραίην pro Ἄσκρην. Porro ἔχονθ' vitiosum et sensu cassum. Fuit:

Ἀσκραίην ἐχπέσθαι ἐκόνθ' Ἑλικωνίδα κώμην.

ut Ascra per appositionem diceretur *κώμη Ἑλικωνίς*, *vicus Heliconius*, quippe ad Heliconem situs. v. Hesiod. Ἔργ. 639. Anticiparunt hanc emendationem *Dalecampius* et *Pursanus*, accedente *Villebrunio* in vers. Athenaei Gallica." — Prior emendatio refutatur lectione, quam exhibet Cod. A. Ἀσκραίων pro vulg. Ἀσκραῖον (P. V. L.), ita ut structura sit haec: Ἡσίοδον ἐκέσθαι ἐς κώμην Ἑλικωνίδα Ἀσκραίων. Similiter dicitur *πόλις Ἀθηναίων* pro Ἀθῆναι. Strabo IX p. 594 = 628: Ἐν δὲ τῇ τῶν Θεσπιέων ἐστὶ καὶ ἡ Ἄσκρη κατὰ τὸ πρὸς Ἑλικῶνα μέρος, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρίς· ἐν δεξιᾷ γάρ ἐστι τοῦ Ἑλικῶνος, ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ τραχέος τόπου κειμένη, ἀπέχουσα τῶν Θεσπιῶν ὅσον τετταράκοντα σταδίους, ἣν καὶ κεκωμῳδήκεν αὐτὸς ἐκεῖνος περὶ τοῦ πατρὸς λέγων, ὅτι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος, Νάσσατο κ.τ.λ. — Quas denique Ilgenius profert rationes ad coniecturam suam fulciendam, eae quidem satis probabiles esse videntur. Haesitat vir eximius in verbo *φημί*, quod, quum affirmationem in se contineat, novi quid vel miri inducat necesse esse suspicatur. Itaque hoc loco non putat simpliciter narrari Hesiodum patrium solum mutasse, quod notum fuerit omnibus, sed aliam fuisse emigrationis caussam, quam quae vulgo esse crederetur: notum est enim in vulgus patrem Hesiodi ex Aeolia in Boeotiam commigrasse, *invitum*, *necessitate coactum*, *dira pressum paupertate*, ipso poeta auctore Ἔργ. 631 sqq.

ὥςπερ ἐμός τε πατὴρ καὶ σός, μέγα νήπιε Πέρση,
πλωίζεσκεν νηυσί, βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ·
ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθε, πολὺν διὰ πόντον ἀνύσσας,
Κύμην Αἰολίδα προλιπών, ἐν νηὶ μελαίνῃ·
οὐκ ὄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσιν.
νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ,
Ἄσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν, ἀποπρολιπόντα μέλαθρον,
Ἡσίοδον, πάσης ἤρανον ἱστορίης,
Ἀσκραίων ἐξικέσθαι ἐρῶνθ' Ἑλικωνίδα κώμην,
ἔνθεν ὅγ' Ἀοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν

„Haec, inquit, per iocum poeta noster ignorat, et aliam caussam fuisse fingit, quae Hesiodum ex patria expulerit, *amorem*. Illud igitur ἔχονθ', quod supervacaneum videtur, si, ut ego feci, in ἐκόνθ' mutatur, erit necessarium; sensus enim ita se habet: *Aio etiam Hesiodum, non, ut vulgo creditur, invitum et paupertate coactum Ascram venisse, sed sponte volentem; nam ibi ambibat puellam, Eoeam Ascraeam.* cf. Hermann. ad Orphica p. 765. — Sed libri A. B. P. V. ἔχων. L. ἔχονθ', ex quibus vestigiis quam Riglerus eliçuit coniecturam ἐρῶνθ' omnium verisimillimam in ordinem recepimus.

ἀποπρολιπόντα μέλαθρον, i. q. apud Hesiodum ipsum Ἔργ. 634. Κύμην Αἰολίδα προλιπών. Etym. M. p. 576, 16. Μέλαθρον, κυρίως λέγεται τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον τὸ ὑπότονον καλούμενον· ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ. ὅταν οὖν εἴπῃ Ὅμηρος, Αὐτὴ δ' αἰθαλόεσσα ἀναΐξασα μέλαθρον Ἕζετο: — τοῦτο φησὶ δηλοῦν· τινὲς δὲ, τὸν ὄροφον, ἢ τὴν οἰκον. Ibid. p. 521, 33. λέγει δὲ ὁ Ἡρωδιανὸς τὸν Πάμφιλον ἀναγαγεῖν ἐν ταῖς Γλώσσαις τὸ κμέλεθρα· σημαίνει δὲ τὰς δοκούς. cf. Buttmanni Lexilog. II p. 265. Lucem fert locus Homericus Hymn. in Cer. 188 sq.

ἡ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἔβη ποσὶ, καὶ ῥα μελάθρου
κῦρε κάρη· πλῆσεν δὲ θύρας εἴλαος θείοιο.

Et sicut iam apud Homerum ipsum μέλαθρον significat *domicilium*, pars pro toto, ita etiam hic *domicilium* sive *sedes* eaque *natalis* ac *patria*. — Quod Ilgenio in mentem venit, pro Βοιωτὸν reponere πατρῷον, ut referretur ad μέλαθρον, merum est ingenii ludicrum; quamvis Iacobsius etiam ad me scripserit, se Βοιωτὸν vitiosum habere atque emendationem repetendam esse ex loco Hesiodio supra iam allato. Sed equidem nihil video, quod offendat in voce Βοιωτὸν, in quo omnes Codices consentiant, atque iustam desidero emendationem. Nec sane, velut omnis quam sibi finxit ambiguitas, Schweighaeuseri necessaria est emendatio, ex corrupta lectione Codd. A. B. μέλαθρΑΝ et editionis Ve-

Nec non Hesiodum Boeotum sede relicta,
Doctrinae cunctae qui coryphaeus erat,
Igne dei tactum venisse Heliconis ad Ascram
Contendo: Eoeen hic petit Ascraïcam

---

net. μέλαθρων (sic) refingentis μέλαθρΑ: immo hoc utique perducit ad lectionem μέλαθρΟΝ, quam exhibent P. Basil. L.

Vs. 24. Ἀσκραϊκὴν, ita omnes praeter B. vitiose ἀκραιρὴν. Casaubonus: „Scribe ὑμνῶν ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχομένην: *laudavit Eoeam, Ascraeam virginem, vix pueritiae annos egressam*, sive *a puero*. παῖς, pro ἡλικία παιδική. Sic multa Graeci et Latini: ut apud poetam εἶδὼς εἰδὼς τόξων, id est, τῆς τοξευτικῆς. Quid si vero totum distichum ita concipiamus, sententia paullulum diversa?

πόλλ' ἔμαθεν, πάσας δὲ λέγων ἀνεγράψατο βίβλους
ὕμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

Id est: *Multa studiose scrutatus est de laudibus foeminarum, et dum omnes recenset, libros conficit Eoeas: in quibus orditur a prima puella, cuius nomen in vetusta historia celebratur.*" — Finxit poeta puellam Ἠοίαν, respectum habens carminis Hesiodii, quod inscribitur Μεγάλαι Ἠοῖαι, (v. Pausan. IX, 11, 3. 36, 4.) sive Κατάλογος γυναικῶν, cuius fragmentum satis amplum (inde a versu 1 usque ad 56. cf. Heinrichii Prolegg. p. XLVII sqq. col. p. LXVII) exhibet Scutum Herculis, ita incipiens:

Ἠ οἵη πρόλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν κ. τ. λ.

Ita incipientes multi repetiti erant versus, unde totius carminis inscriptio. cf. Bentleius ad Horat. Sat. I, 3, 7. Huc etiam referenda sunt fragmenta, quae in Gaisfordii collectione reperiuntur sub numero 19.

ἢ οἵη διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνούς —
85. ἢ οἵη Φθίῃ Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα —
86. ἢ οἵη Τρίῃ πυκινόφρων Μηκιονίκη —

Ad istam de Hesiodi amica narratiunculam fingendam Hermesianax imprimis perductus esse videtur poetarum elegiacorum eroticorum consuetudine, quippe qui carmina sua inscribere solerent nomine amicarum. Acce-

πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγιον ἀνεγράψατο βίβλους,
ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀπαρχόμενος.
αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει
ἤδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων,

---

dit etiam, quod simplicissima illius carminis Hesiodii inscriptio fuit Ἠοῖα, si quidem nitamur auctoritate Schol. ad Pindar. Pyth. IX, 6. ἀπὸ δὲ Ἠοίας Ἡσιόδου τὴν ἱστορίαν ἔλαβεν, ὁ Πίνδαρος, ἧς ἡ ἀρχή·

Ἤ οἵη Φθίη Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα
Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

Sed quod commentatus est Ruhnkenius in λόγων βίβλους, id quidem argutius quam verius videtur. Ex adiecto πάσας luce clarius patefit omnes libros, quos unquam Hesiodum condidisse veteres ferunt, intelligendos esse hoc loco, non unicum Catalogum. Λόγων autem βίβλοι admissae sunt sensu ampliori, et omnino spectant ad sapientiae praecepta (ad argumentum γνωμιολογικόν) per omnes Hesiodi libros dispersa; ita ut sensus sit hicce: *Omnes vero sermonum libros conscripsit, ita quidem, ut carminum exordium caperet a puella tanquam principe;* i. e. in singularum narrationum primo quoque versu primum locum obtinente: Ἤ οἵην. Offendit Canteri et Ruhnkenii ἀναρχόμενος, utpote quod iusto fundamento destitutum sit. Libri omnes ἀνερχόμενος. Ilgenius coniecit ἀπαρχόμενος, quod verbum proprie ad sacra pertinet. v. Buttmanni Lexilog. II p. 103. Sed hoc loco idem valet, quod simplex ἄρχεσθαι, ita tamen, ut, quemadmodum in Latino *auspicari*, notio genuina non prorsus extinguatur: nam sicut vulgo ab invocatione Musarum poetae carminis auspicium capiunt, ita Hesiodus ab *Eoea*.

Vs. 27. ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλ. Heinrichius: „*quem fatum Iovis* h. *Iuppiter tuetur.* αἶσα ἐκ Διός nota periphrasi pro αἶσα Διός, ut ap. Theocr. XVI, 33.

ἀχὴν ἐκ πατέρων πενίην ἀκτήμονα κλαίων.

Sunt autem vates iuxta veterum opinionem in singulari quadam deorum tutela." — Sed dubitandum, an illud ἐκ Διὸς αἶσα liceat explicari περιφραστικῶς: immo potius

Multa tulit fecitque, volumina cunctaque scribit,
Carminum et auspicium ab virgine sua capit.
Adde quod ipse deus vatum dulcissimus ille
Cunctorum, quem fors protegit ipsa Iovis,

ἐλλειπτικῶς, αἶσα ἐκ Διὸς πεπρωμένη, fatum a Iove destitutum, a Iove profectum, ita ut *ἐκ Διός* idem valeat, quod Lat. *divinitus*. Similiter Philetas 1, 1. *χρόνος —, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν ἔλλαχε*. Homer. Il. o, 209. *ὁπποτ' ἂν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἶσῃ νεικείειν ἐθέλῃσι*. Neque tam singularis deorum tutela, Homero vati concessa, quam fortuna intelligitur, qua contigit, ut carmina Homerica inde ab antiquissimis temporibus ad Hermesianactis usque aetatem servata essent.

Vs. 28. Libri omnes *ἥδιστον*. Ruhnkenius coniecit *κνίδιστον*, cui astipulatur Heinrichius, neque omnino contentus cum illius novandi studio: *Idem*, inquit, *sicco pede praeteriit subsequens πάντων δαίμονα μονσοπόλων. δαίμονα nihili est, quantum video. Mirum ni Hermesianax scriptum reliquisset:*

κνίδιστον πάντων ποιμένα μουσοπόλων.

De frequenti usu vocis *ποιμήν* nemo dubitabit: alia est quaestio, num ulla opus fuerit medicina. Equidem nego. Ante omnia Heinrichio adversatur Propertii locus, ex Lachmanni emendatione (III, 30, 49 sq.) ita legendus:

Tu non Antimachus, non tutior ibis Homerus;
Despicit et magnos recta puella DEOS.

Vere interpretatur Lachmannus: *Si vel Homerus sis et Antimachus, ubi mollium carminum nihil attuleris, ibis Homere foras; despicient te gravem poetam lascivae puellae.* Columella de Re rust. lib. I praef. *Parens eloquentiae, Deus ille Maeonius.* Athenaeus II p. 41 A. *Ὅμηρος ὁ θειότατος*. Deinde Homerus re vera etiam in deorum numerum receptus erat a veteribus, ut apparet ex Homeri delubro (*Ὁμήρειον*), quod Smyrnae fuisse tradit Cicero pro Archia 8, 19. *Smyrnaei suum esse* [Homerum] *confirmant; itaque etiam delubrum eius in*

λεπτὴν εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος
ᾠδῇσιν πινυτῆς εἵνεκα Πηνελόπης,
ἣν διὰ πολλὰ παθὼν, ὀλίγην ἐχενάσσατο νῆσον,
πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος·

---

oppido dedicaverunt. Strabo XIV, 1, 37 p. 646. Ἔστι δὲ καὶ βιβλιοθήκη καὶ τὸ Ὁμήρειον, στοὰ τετράγωνος, ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου καὶ ξόανον· ἀντιποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ Ποιητοῦ· καὶ δὴ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. Quinetiam Romae extat tabula marmorea, in qua anaglypta proponitur consecratio Homeri. v. Museum Pio-Clementin. Tom. I Tab. B. cf. Winckelmanni oper. VI, 1 p. 68. VI, 2 p. 122 sq. Monum. ined. II p. 208 sq. Tischbein Homer nach Antiken III p. 23 sq. Boettigeri Amalthea III p. 276. Sed usu quoque valuit, ut princeps sui quisque generis diceretur *deus:* ita Cicero N. D. II, 12, 32. *Platonem* vocat *quasi quendam deum philosophorum.* Idemque Ep. ad Attic. IV, 16 post init. *Deus ille noster Plato.* — Nec denique, ἥδιστος cur emendetur, satis manifestum. Per se quidem ἥδιστος Homeri epitheton esset paullo otiosius; sed animus advertendus est totius loci sententiae: *Fatum conservat Homerum deum suavissimum omnium Musarum cultorum,* i. e. *suavissimum* sive *carissimum omnibus Musarum cultoribus.* Quam sententiam lingua patria bellissime expressit Weberus:

Ihn auch, den Barden ja selbst, den nach Zeus aufspa-
ret das Schicksal
Allen, die Musengesang üben, als süfsesten Gott.

Nimis contorta est Westonii et Ilgenii vulgatae lectionis interpretatio, magis hoc loco respici ad Odysseam, in qua Penelope celebretur, quam ad Iliadem: in illa suavitatem maiorem esse, in hac granditatem. — Ceterum μουσοπόλον A. P. μουσοπόλων V. L.

Vs. 29. λεπτὴν δ' B. P. et A apud Ruhnkenium. λεπτήν γ' V. L. Schweighaeuserus, ex suo Codice nihil enotans particulam γ' tacito in ordinem recepit. Dindorfius delevit particulam: recte, nisi fallor. — Λεπτὴ

Terram Ithacae in tenuem cum carmine divus
Homerus
Te propter venit, callida Penelope;
Ob quam multa ferens parva tellure resedit
Et liquit patriae iugera panda procul.

---

dicitur Ithaca ob huius insulae sterilitatem, ab ipso Homero in Odyss. δ, 601 sqq. ita descriptam:

Ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλά σοι αὐτῷ
ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα· σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις,
εὐρέος, ᾧ ἔνι μὲν λωτὸς πολὺς, ἐν δὲ κύπειρον,
πυροί τε ζειαί τ' ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν.
ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών·
οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων,
αἵδ' ἅλι νεκλίαται· Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πάντων.

cf. ν, 242 sq.

ἤτοι μὲν τρηχεῖα καὶ οὐχ ἱππήλατός ἐστιν,
οὐδὲ λίην λυπρὴ, ἀτὰρ οὐδ' εὐρεῖα τέτυκται.

Verbum *ἀνατείνεσθαι* aeque expertum est significationem translaticiam ac Latinum *contendere, intendere.* Io. Th. Schneiderus in Athenaei exemplo, quod hodie Passovii est, margini appinxit coniecturam: *λεπτόγεων Ἰθάκην ἐνετείνατο Θ. Ὀ.* Sed nescio, quid displiceat in librorum lectione. Idem Schneiderus vs. 31 correxit *δία*: sed fugit virum nimis sagacem a praepositione *διά* alienam esse anastropham.

Vs. 31. Propertius II, 9, 19 (7, 23) de Achille:

Omnia formosam propter Briseïda passus.
Tantus in erepto saevit amore dolor.

Extremo versu *εἰσενάσσατο* B. P.

Vs. 32. *ἀπ' εὐρείης — πατρίδος*, i. e. *Ionia*, quae vulgo Homeri patria habebatur, Melete prope Smyrnam fluvio oriundi, unde *Μελησιγενής*. v. ad Critiam Tyr. Carm. Reliqq. p. 100. *εὐρείη* autem vocatur Ionia, propterea quod opponitur *ὀλίγῃ νήσῳ· ἀτὰρ οὐδ' εὐρεῖα τέτυκται*, ut Homerus ait ipse.

ἔκλαιεν δ' Ἰκαρίου τε γένος καὶ δῆμον Ἀμύκλου
καὶ Σπάρτην, ἰδίων ἁπτόμενος παθέων.
Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς
ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,

Vs. 33. ἔκλαιεν, omnes praeter B. ἔκλαε. Deinde Ἰκάρου. Sed reponendum videtur Ἰκαρίου, quod librarios *Synizesis* immemores induxit ad formam inauditam Ἰκάρου, quippe quam metro magis accommodatam putarent. cf. Thierschii Gram. §. 149, 3. — Notanda est quantitatis diversitas: apud Hermesianactem prima syllaba corripitur, apud Homerum semper producitur: Odyss. α, 53. Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα. 329. κούρη Ἰκαρίοιο. — Respicit poeta utrumque carmen, et *Odysseam* (Ἰκαρίου γένος = κούρη Ἰκαρίοιο, περίφρων Πηνελοπεία) et *Iliadem* (δῆμον Ἀμύκλου καὶ Σπάρτην, quoniam Helena ansam dedit bello Troiano). cf. Apollodor. III, 10, 3.

Vs. 35. Ruhnkenio verba πολλὸν ἀνατλὰς cum sententia καίετο Νάννοῦς coniungenda videntur. Haec sane traiectio durissima, quae tamen eo minus necessariâ, quo magis aliena est a poetae sententia. Sicut antea vs. 25. Hesiodus πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους, ita hoc loco Mimnermus πολλὸν ἀνατλὰς carmina elegiaca condidisse fertur: miseriae ac moerores ab amoris desiderio profecti Mimnermum impulerunt ad versus elegiacos pangendos. Quales tamen fuerint illae miseriae, comprobant verba, quae sequuntur, nempe miserias illas unice ad infelicem Nannonis amorem et ad ea pertinere, quae Mimnermus eiusdem amoris caussa a rivalibus sit perpessus, sive eviratio fuerit, sive, quod verisimilius, felicior illorum apud formosam tibicinam successus. cf. ad Mimnerm. p. 14 sqq. Equidem dubius sum, an vere coniecerit Huschkius ad Tibull. p. 678 et in Comment. de Annio Cimbro p. 57. πολλὸν ἀναχλάς, allato Anacreontis exemplo apud Hephaest. p. 59. 8.

ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς.

„Quod etiam, inquit, hanc ob caussam probabile est, quod nec Graeci scribunt πολλὸν ἀνατλῆναι, sed πολλὰ, nec Latini *multum pati*, sed *multa*. Cicero I. Offic. 31.

Icarii genus et populum ploravit Amycli
Et Spartam, luctus tangit et ipse suos.
Mimnermusque, sonos qui invenit omnia passus
Dulces et teneri flamina pentametri,

Quam multa passus est Ulysses. Virgilius I. Aen. 5. *Multa quoque et bello passus.* Horatius I. Epist. 2, 21. *Aspera multa pertulit.*" Assentiri videtur Iacobsius.

In exponenda totius loci sententia a vero aberravit Ruhnkenii acumen, quippe qui Mimnermo elegiae inventionem hic tribui statuerit. Nuper demonstratum est ad Mimnermi Fragm. p. 11. Mimnermum carminum *amatoriorum* (ἡδὺν ἦχον), non *elegiacorum*, inventorem, qualem Graeci acceperunt, vel potius principem fuisse atque ad ea adhibuisse pentametrum, qui singulos hexametros exciperet. Hoc etiam apparet ex Propertii (I, 9, 11 sq.) loco, quem Ruhnkenius excitavit, non, quod ipse spectavit:

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero;
Carmina mansuetus lenia poscit Amor.

cf. I, 7, 19 sq.

Et frustra cupies molle componere versum;
Nec tibi subiiciet carmina serus Amor.

Haec omnia spectant ad Mimnermi carminum argumentum, ad *amoris* suavitatem ac *dulcedinem*, quam versibus incluserat elegiacis. Vere etiam Heinrichius: „Pentameter, inquit, bene dicitur μαλακὸς propter mollius elegiae argumentum mollioresque, quos exprimit, affectus. Sic *molles elegi* Ovid. Epp. ex P. III, 4, 85. *molles versus* Trist. II, 307. et *molles querulae* Horat. Carm. II, 9, 17." —

Πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου eadem ratione explicandum est, qua vs. 27. ἐκ Διός, *Spiritus, qui a pentametro proficiscitur, quem pentameter efficit.* Apage igitur Lennepii coniecturam, licet ab ipso commendatam Ruhnkenio: μαλακοῦ πνεῦμα τὸ πενταμέτρου. Similem Latinorum usum ostendit Heinrichius ad Musaeum 32. p. 52 sq. ex Lucret. II, 50. *fulgorem ab auro.* Virgil. Georg. II, 243. *Dulces a fontibus undae.* cf. Iacobsii Animadv. in Athen. p. 321.

καίετο μὲν Ναννοῦς, πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῷ
κημωθεὶς κώμους στεῖχε συνεξανύειν·

Vs. 37. *καίετο μὲν Ναννοῦς*, mirum sane, quod magni Casauboni in hunc locum animadversio est huiuscemodi: „*καίεσθαι Ναννοῦς* cum non sit Graecum, clarum ex eo scribendum esse *καίετο μὲν Ναννοῦς ὑπο.*" Summi viri adversarius extitit Tiberius Hemsterhusius in Obs. Misc. Vol. VI T. I p. 302. Heinrichius: „*καίεσθαι Ναννοῦς* intell. *ὑπὸ Ναννοῦς*, vel expleas: *καίετο ὑπ' ἔρωτι Ναννοῦς*, ut Callim. h. in Apoll. 49.

ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι πεπαυμένος Ἀδμήτοιο.

Eadem loquendi ratio apud Charit. IV, 6. *καὶ γὰρ αὐτὸς ἐκαίετο τῆς Καλλιῤῥόης.*" Explicatio prorsus indigna tanto philologo, nec hodie (ut persuasissimum habeo) ipsi amplius probata. Genitivus positus est ex more Graecorum solenni, ut in formula *ἐρᾶν τινος*, ad exprimendum animi appetitum et affectum. Qua de re verissime disputavit Hermannus ad Viger. p. 875. *Nullus*, inquit, *uberior est male fictarum ellipsium fons, quam qui positus est in non animadversa confusione duarum loquutionum, quarum altera ad sensum magis, quam ad verba refertur. Ita τρύχεσθαι, καίεσθαι, ἀλῶναί τινος, στεφανοῦν πίτνος, quia animo cogitatur, πόθον, ἔρωτά τινος ἔχειν, στέφανον πίτνος ἐπιτιθέναι.* — De *Nannone*, Mimnermi delicils, eademque carminum elegiacorum inscriptione, videsis quae disputavimus ad Mimnermum p. 19 sqq.

πολιῷ δ' ἐπὶ κ. τ. λ. Locus emendatu quam difficillimus ideoque varie a viris doctis tractatus. Itaque primum porrigamus lectionem, qualis in libris offertur, deinde diversa emendandi pericula proponamus, denique ipsi experiamur, quomodo ex his coniecturalibus undis commodissime sit emergendum. Cod. A.

πολλιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λώτῳ (Schweigh. *λωτῷ* idque recte)
κνημωθεὶς, σίχε συνεξαμύη.

Vs. 37. *πολιῷ* V. L. *πολίῳ* P. *πολλάκι μωτω* P. *πολλὰ κίμωτω* V. L. Vs. 38. *σίχε συνεξαμύη*, ἡ B. *σίχε*

Ardebat Nanno, lotique ut ederet vocem
Capistro indutus it celebrare choros;

συνδραμίη P. V. L. Casaubonus hancce tentavit emendationem:

καίετο μὲν Ναννοῦς ὕπο. τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ κνημωθεὶς, κώμους ἔστιχεν ἀδρανίῃ.

Atque *κνημοῦσθαι*, auctore Hesychio, accipit pro *φθείρεσθαι*. Lennepius:

καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκις οὐδῷ κνημωθεὶς, κώμους στείχε σὺν ἀδρανίῃ.

ita ut *πολιὸν οὐδὸν* eodem sensu dicatur, quo apud Homer. Il. *ω*, 484. *γήραος οὐδόν*. „Voluit itaque poeta, Mimnermum, cum iam senior esset factus, saepius ad comessationes ivisse, et voluptatibus deditum fuisse." Quod quidem quomodo probari censeat Mimnermi disticho (fragm. 1)

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης; τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

nemo hodie concedet. Sed error, quem falsa haec interpretatio protulit, longius manavit, unde scriptores et eruditi et elegantiores, Buretti, Wielandii, Groddeckii, Schoellii aliique Mimnermum sibi finxerunt senem Nannonis desiderio flagrantem. v. ad Mimnerm. p. 20. cf. Passovii censura Historiae litt. Gr. a Groddeckio et Schoellio conscriptae, Iahnii Annalibus philolog. inserta Vol. II p. 152. Sed ut aliquid anticipemus, vel Heinrichium fefellit Lennepius, ita referentem: „*πόλιος* procul dubio recte posui, quod ad Mimnermum spectat, qui *canus* h. *senex* Nannonem tibicinam deperiit." *πολιὸς* proposuit etiam Iacobsius in Scriptis miscell. P. 2 p. 341, unde profecta est Weberi interpretatio. cf. p. 473. C. Schneider in Daubii et Creuzeri Studiis Heidelberg. Vol. IV p. 51. Sed quam vana sit haec narratiuncula, vera poetae interpretatio postea docebit. Ruhnkenio aliquando placebat *πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ*, ut in Phaniae Epigrammate II, 6.

Brunck. Anal. II p. 52. πολιῷ γυῖα δεθεὶς καμάτῳ. Ex Codicis lectione autem eruit:

— — πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ
κνημωθεὶς κώμους στεῖχε συν . . . . .

Fr. Iacobsius Animadv. in Eurip. p. 48 extremum verbum intactum relinquens, reliqua sic commode constitui posse autumat:

— — πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι ΝΩΤΩι
κνημωθεὶς κώμους ΕΙΧΕ — —

quod a lectione Venet. Codicis λώτῳ proxime absit. Sed ipse novem annis post aliam ingressus est viam ad Anth. Gr. II, 1 p. 143.

— — χωλῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ,
κνημωθεὶς, κώμους στεῖχ' ἀνακοιρανέων.

„Poetae, inquit, comissationes agenti tribuitur κῶλον χωλὸν propter numeros impariter iunctos, quibus ille primus usus esse dicitur. Notus Ovidii locus L. III El. 1, 8. *Venit odoratos Elegeia nexa capillos: Et, puto, pes illi longior ille erat.* Tribuuntur nonnunquam scriptoribus, quae ipsorum operibus propria sunt." Tertiam denique coniectandi iniit viam in Scriptis miscell. l. c.

— — πολιὸς δ' ἔτι πολλάκι λωτῷ
κηλωθεὶς κώμους εἶδε συνεξανύων.

Suidas: κηλέομαι. θέλγομαι οἷον αὐλοῖς καὶ ἡδυφωνίαις. εἶδε κώμους formulam poeticam esse ait ad lectoris animum alicui rei advertendum, sicut Latinum *videre*. v. Burmann. ad Propert. p. 11. Lachmann. Prop. I, 1, 12. Ilgenius olim:

— — σκολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῷ
κνησμωθεὶς κώμους στεῖχε συνεξανύειν.

ita ut λωτὸς σκολιὸς idem valeat, quod Ovidii Fast. IV, 190. *lotos adunca*, et Theocriti I, 129. σύριγξ καλὰ, περὶ χεῖλος ἑλικτά. Verbum κνησμοῦν revocavit ad originem κνάω, *scalpo, rado:* iam sicut a κνάω sit alia forma κνίζω, quae ad amorem transferatur, ut κνίζομαι sit *prurio libidine, amore titillor, amore uror*; ita κνησμόω eundem habere posse sensum putavit. Sensus: *Saepius autem, quum amorem ureret, ad comessationes*

ivit, et ad lotos aduncam cantilenas cecinit. Postea conformavit idem:

— — πολλῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μώλῳ
κνημωθεὶς κώμους στεῖχε συνεξανύειν.

i. e. *Saepius autem longa militia confectus ad comessandum ivit.* cf. Horat. Carm. III, 26. IV, 1. Aliquando etiam: κώμους ἦχε συνδρομίῃ, ut hoc esset *concursu rivalium*, et pertineret ad κνημωθείς. Heinrichius:

— — πολιὸς δ' ἐπὶ (vel ὑπὸ) πολλάκι λωτῷ
κνημωθεὶς κώμους εἶχε σὺν ἀδρανίῃ.

„σὺν ἀδρανίῃ, *cum infirmitate*, tanquam senex, qui Cupidinis arma aliis tradere debuisset, dudum in mentem mihi venit ex Apollonio II, 220. de Phineo sene decrepito: τρέμεε δ' ἄψεα νισσομένοιο ἀδρανίῃ γήρᾳ τε." Schweighaeuserus:

— — πολιῷ δ' ἐπὶ (vel ἔτι) πολλάκι λωτῷ,
κνημωθεὶς, κώμους εἶχε (vel ἦχε) συνεξανύων.

„Fuerit εἶχε συνεξανύων periphrastice dictum pro συνεξῆνυκε." Hermannus ad Orphei Argon. 1293.

— — πολιῷ δέ τε πολλάκι λωτῷ
κνημωθεὶς κώμους στεῖχε συνεξανύειν.

„Κνημωθέντα vocat, qui φορβειᾷ utitur." Ceteris intactis, Blomfieldius in Diario class. VII p. 238. itidem reposuit κνημωθεὶς, ex noto tibicinum more, qui κνημοὺς induerent, vel, ut Sophocles dixerit, φορβειάς. v. Schol. ad Aristoph. Equit. 1147. Haec quidem coniectura omnium certissima eademque librorum vestigiis proxima. Etenim Mimnermum fuisse αὐλητὴν ἅμα καὶ ποιητὴν ἐλεγείων auctor gravissimus est Strabo XIV p. 921. v. ad Mimnerm. p. 9. Itaque λωτός optime dicitur pro *tibia*, quae πολιός dicitur ob loti, quae illius materiam praebuit, colorem nigrum. Theophrast. H. Pl. IV, 3 p. 126 ed. Schneider. Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. — ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ τὸ μὲν ἴδιον γένος εὐμέγεθες, ἡλίκον ἄπιος, ἢ μικρὸν ἔλαττον· φύλλον δὲ ἐντομὰς ἔχον καὶ πρινώδες· τὸ μὲν ξύλον μέλαν. p. 127. τῷ ξύλῳ δὲ [χρῆσθαί φασιν] εἴς τε τοὺς αὐλοὺς καὶ εἰς ἄλλα πλείω. Plin. H. N. XIII, 17, 32. *Ligno* [loti] *color niger; ad tibiarum cantus expetitur.* cf. Voss. ad Virgil. Georg. p. 293 sq. Athenaeus IV p. 182 B. οἱ δὲ καλούμενοι λώτινοι αὐ-

πληχθεὶς δ', Ἑρμόβιον τὸν ἀεὶ βαρὺν ἡ δὲ Φερέκλην
ἐχθρὸν μισήσας, τοῖ' ἀνέπεμψεν ἔπη.
Λύδης δ' Ἀντίμαχος Λυσηίδος ἐκ μὲν ἔρωτος

λοΐ, οὗτοί εἰσιν οἱ ὑπὸ Ἀλεξανδρέων καλούμενοι φώτιγγες, κατασκευάζονται δ' ἐκ τοῦ καλουμένου λωτοῦ· ξύλον δ' ἐστὶ τοῦτο γινόμενον ἐν Λιβύῃ. Hinc apud Euripid. Iphig. Aul. 1036. λωτὸς Λίβυος. Plinius H. N. XVI, 36 extr. tradit *sacrificas tibias* e *buxo* fieri consuevisse, *ludicras* e *loto*, ossibusque asininis et argento. Quae quum ita sint, prae ceteris probabile videtur id, quod praeeunte Ilgenio Hermannus protulit, ita tamen ut retineatur pro δέ τε lectio librorum δ' ἐπὶ, quam cur minus respexerit mirum est, praesertim quum ea etiam sit aptior. Etenim praepositio ἐπί exprimit hoc loco caussam finalem, ob quam κημωθεὶς fuit tibicen. Similiter Homer. Il. ι, 602. ἐπὶ δώροις ἔρχεο, i. e. *ut praemia accipias.* cf. κ, 303 sq. φ, 445. Odyss. λ, 548. Il. ν, 104. ἀνάλκιδες, οὐδ' ἐπὶ χάρμῃ. ψ, 574. ἐς μέσον ἀμφότεροι δικάσσατε, μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ, i. e. *neque ad opem ferendam.* Itaque κημωθεὶς ἐπὶ πολιῷ λωτῷ proprie denotat: *Capistro indutus, ut tibiam ex loti ligno nigro confectam inflaret.* στεῖχε κώμους συνεξανύειν, i. e. *incedebat ad comissationes peragendas.* κώμους συνεξανύειν, i. q. κ. ἄγειν, ut apud Bionem XVI, 4 sq. καί μοι ποτὶ ποιμένα κῶμον ἄγοντι Ἀντὶ σελανίας τὸ δίδου φάος.

Vs. 39. Cod. A apud Ruhnkenium ἡ δ' ἤχθεε. Editiones ἔχθεε δ'. Nullum ab edita scriptura notatum esse dissensum refert Schweigh. At quid sit forma ἤχθεε, quae neminem editorum offendit, equidem incompertum habeo. Schweighaeuserus convertit quidem in linguam Latinam: *Oderat Hermobium;* sed de forma activa ἀχθέω vel ἐχθέω nihil memoriae prodidit. Videndum est igitur, si quid lucis afferant MSti vestigia. Iam vero elementa ΗΛΗΧΘΕΕ pro consueta scribendi oscitantia profecta esse videntur ex persimilibus ΠΛΗΧΘΕΙΣ. Πλήσσειν autem, quod proprie significat *ferire, percutere,* seriore demum aetate translatum est ad commotiones et affectus animi, imprimis *amoris:* velut paullo post vs. 42. ἐκ μὲν ἔρωτος πληγείς. cf. Valckenar. ad Eu-

Percussusque, gravi Hermobio diroque Pherecli
Iratus, tamen haec carmina eecinerat.
Maeoniae Antimachus Lydes percussus amore

---

ripid. Hippolyt. 38. 1303. Quod quam optime conveniat huic loco, totius sententiae tenor ostendit: *Percussus autem* (sc. *amore*, qui repetendus est ex praecedenti *Καίετο μὲν Ναννοῦς*. Sermone patrio optime expresseris *zerknirscht*), *licet Hermobium semper acrem et Phereclem inimicum odisset, talia carmina* (qualia suppeditant eius elegi in omnium ore tunc temporis versata) *in lucem protulit*, sine *cecinit*. *Hermobius* autem et *Pherecles* quinam fuerint, alia quidem rerum monumenta non docent; sed totius loci sententia declarat illos fuisse Mimnermi rivales, quos infelicis amoris auctores in carminibus perstrinxisse *ἐρωτομανὴν* verisimile est.

ἠδὲ, ita librorum lectionem *οὐδὲ* recte emendavit Casaubonus.

Vs. 40. *τοιάδ'* P. V. L. *τοῖανδ'* B. *τ'οιαν* A apud Ruhnkenium, *τὸιαν* ap. Schweigh. Unde Iacobsius in litteris ad me datis scribendum censet *τοῖ' ἀνέπεμψεν ἔπη*, i. e. *talia carmina emisit, protulit, edidit*. Recte, quantum ego video. Quod Ilgenius et Schweighaeuserus ex praecedenti *ἤχθετ* (si quidem ita legere fas esset) et *μισήσας carmina indignationem et odium loquentia* explicanda esse putarunt, vix aliquis concedet: immo *τοῖα ἔπη* spectant ad universam sententiam et significant quotquot nota erant Mimnermi carmina, in quibus passim fortasse rivalium odium emergebat.

Vs. 41. *λυσηίδος* A. B. *χρυσηίδος* P. V. L. Ruhnkenius dubitanter proposuit *Ἀνδηΐδος*. At nescio, cur ex ordine secludatur forma Codicibus tradita. Quamvis alibi non reperiatur forma *Ἀνσηΐς*, poetae tamen licentia sibi finxisse putanda est tale patronymicum ex similitudine eorum, quae inter omnes constant, *Χρυσηΐς*, *Βρισηΐς*, *Νηρηΐς* cett. Iam vero nota est *τροπὴ τοῦ δ εἰς σ*. vid. Etym. M. p. 438, 36. cf. Gregor. Corinth.

πληγεὶς Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ·
Δαρδανίῃ δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν,
κάλλιον αἰάζων δ' ἦλθεν ἀποπρολιπών

---

p. 589 ed. Schaef. Phrynich. p. 89 ed. Lobeck. C. Schneideri Gram. Lat. I p. 25. Quidni pro *Λυδηίς* (praecedente iam *Λύδη*) rationes euphonicae commendent formam *Λυδήις*? — Scribendum est *Λύδη* nomen mulieris; sed nomen gentile *Λυδή παροξυτονεῖται*. Itaque Dindorfius falso scripsit *Λυδῆς*. v. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 607. Iacobs. ad Anth. Palat. p. 465. Atque *Lyden* fuisse *Lydiam* quum docet Asclepiadis locus a Ruhnkenio laudatus, tum maxime ipsius Hermesianactis verba, quae sequuntur, *Παϰτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ*, i. e. *profectus est in Lydiam*, sive *Sardes caput gentis* (veluti Schillerus nostras *Lutetiam Parisiorum* significavit hac phrasi: *am Strande der Seine*). *Pactolus* enim fluvius est Lydiae ex Tmolo monte prope Sardes decurrens.

De Antimachi *Lyde* v. Epimetrum III.

Vs. 43 sqq. Totius loci sententiam optime exposuit Heinrichius: „Quantum ex monstrosa scriptura elici potest, videtur poeta dicere, Antimachum, Colophonium, Lydiae puellae amore captum, Lydiam terram petivisse; mox ea defuncta, ossibus eius sepultis, Colophonem reversum esse."

Vs. 43. *δαρδάνῃ* A. B. *δαρδάννῃ* V. L. *περδάνῃ* P. Ruhnkenius suspicatur *λάρναϰί νιν*. Lennepius et Westonus: *Σαρδιανὴν δὲ θ.* magis, ut videtur, ad sensum, quam ex Codicum vestigiis. Ilgenius: *λάρναϰι δ' εὖτε θ.* ut comptior fiat oratio et rotundior, quam sit in Ruhnkenii coniectura. Sed ante omnia aestimanda est fides diplomatica, quae facile perducit ad ΔΑΡΔΑΝΙΗι. Iam vero ambiguum est, utrum Hermesianax pro consueta in rebus geographicis poetarum licentia *Dardaniam ϰατ' ἐξοχήν* dixerit pro *Lydia*, an reapse mortua sit Lyda, Antimachi amica sive uxor, in ea Dardania, quae ab Homero et scriptoribus geographicis nominatur, an denique poeta illam in Dardania mortuam esse finxerit. cf. Paldamus ad Propert. p. 302 sq.

Pactoli tendit littora laeta fluvi.
Dardania postquam defunctam condit arena
Plenius iam resonans flebile carmen, petit

Vs. 44. καλλιωναΐζαον A. καλλιωναίζων B. καλλίον' ΐζαον P. V. L. καλλίον' ΐξαον editio Casauboniana secunda. Ruhnkenius ex Cod. Veneto protulit καλλίονα ἵξαον διῆλθεν: ex Mediceo καλλίω ναΐζαον διῆλθεν. Quamobrem Schweighaeuserus arbitratur a Ruhnkenio fortasse inter se permutatas esse sedes vocum *Med.* et *Venet.* Dindorfius autem calami lapsu vitium typotheticum Casauboniane secundae, quod illi ob oculos versaretur, pro codicis scriptura positum esse. διῆλθεν A. B. δῆθεν P. V. L. Casaubonus primus correxit δ' ἦλθεν. — Idem Casaubonus: „Vult dicere, *Antimachum, relictis Sardibus* (eam enim urbem intelligit, cum canit Παχτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ: Sardes enim ad *Pactolum*) *venisse Colophonem*, quae fuit Ioniae urbs. Quare legi potest:

Σάρδεις Ἰαόνων δ' ἦλθεν ἀποπρολιπών
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα." —

Lennepius: καὶ Λυδίην ἵξεν δῆθεν ἀποπρολιπών: argutius quam verius. Heinrichius: „Vide, an sensui ac sermoni poetico melius consulas scribendo:

καλλίναον ποταμὸν δ' ἦλθεν ἀποπρολιπών.

Relicto fluvio pulcre fluente, Pactolo, Colophonem rediit. καλλίναος i. q. καλῶς ῥέων. vid. Hesych. in v. et omnino *Arnaldi* Lectt. Graec. I, 11 p. 75." Ingeniose procul dubio, sed minus recte. Paullo propior Codd. vestigiis Ilgenii coniectura, praedicata etiam a Iacobsio ad Anth. Gr. I, 2 p. 55.

κλαίων αἰάζων τ' ἦλθεν ἀποπρολιπών.

ita ut totius loci sensus esset hic: *Simul atque urnam, in quam ossa mortuae amicae collecta erant, arida sub terra condiderat flens atque lamentans, eam reliquit, et Colophonem altam venit.* Ilgenii Censor in Diariis Ienens. a. 1800. Num. 134. κλαίων, ξυνθαυγῆ δ' ἦλθεν ἀγρὸν προλιπών, intelligens *Sardicum agrum*, qui arena aurea tectus perhibebatur. cf. Ovid. Met. XI, 145 sq. Sed multo magis ad Codicum vestigia accedes, si pro-

45 ἄκραν ἐς Κολοφῶνα, γόων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους
ἱερὰς, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.
Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδέξατο κώμους,

---

posueris: *ΚΑΛΛΙΟΝ ΑΙΑΖΩΝ Δ' ΗΛΘΕΝ.* *Αἰάζειν* bene dicitur de carminis elegiaci lugubri argumento: itaque *κάλλιον αἰάζων* significat Antimachum uxore mortua pulcriora etiam condidisse carmina elegiaca. Sed fortasse Hermesianax ex re sive vera sive ficta exprimere voluit Antimachum *Thebaïdem*, carmen epicum, Lyde iam viva composuisse, illa autem mortua se convertisse ad genus elegiacum, cui maiorem venustatem tribuere videtur. En habes sensum: *Lyden in Dardania mortuam condidit sub terra arida, atque pulcriora carmina lugubria proferens, illa* (Dardania) *relicta, pervenit altam Colophonem.*

Vs. 45. ἄκραν P. V. L. ἄκρον A. B. *Colophonem*, Ioniae urbem, sitam fuisse in promontorio docet Pomponius Mela I, 17. *Colophon, quam Mopsus — statuit ad promontorium, quo sinus clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnaeum vocant, efficit, angustisque cervicibus reliqua extendit in latius, abit in paene insulae faciem.* Substantivum *κολοφών*, quod significat *collis, fastigium*, unde ductum est nomen urbis in promontorio sitae, genere utitur masculino, sed *Κολοφών* urbs genere feminino: sic Mimnermus XII, 3. *ἐς δ' ἐρατὴν Κολοφῶνα.* cf. Strabo XIV p. 642 C. Itaque recipienda est lectio *ἄκραν.*

ἐνεπλήσατο A. B. *ἀνεπλήσατο* P. V. L.

Vs. 46. *ἱερὰς* A. P. *ἱερᾶς* B. *ἱρὰς* V. L. Postrema haec lectio praelata est ab editoribus synizesis immemoribus. Homer. Odyss. ξ, 94. *οὔποθ' ἐν ἱερεύουσ' ἱερήιον, οὐδὲ δύ' οἴω.* Bene annotavit Schweigh. *sacros* illos libros dixisse Hermesianactem, utpote *Lydae* suae ab Antimacho unice *sacratos* et ad iusta ei persolvenda compositos. — *ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου*, i. q. ap. Plutarch. Consol. Apollon. p. 106 B. *ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.* Solatium certe adversus talia venena efficacissimum, cuius insigne exemplum media aetate splendidissimum illud Italorum praebuit sidus, *Fran-*

Sublimem Colophona; sacros librosque querelis
Implevit, totus conticuitque dolor.
Alcaeus desiderio dum Lesbius ardet,

---

ciscus Petrarca, intimo eodemque (proh dolor!) infelicissimo *Laurae* suae desiderio incensus.

Vs. 47 sqq. Alcaei et Sapphonis ab Hermesianacte non temere fictum esse amorem intelligere licet ex utriusque carminum particulis, ad nostram usque aetatem delatis, iisque ita comparatis, ut alter alteram alloqueretur, et vice versa. Aristoteles Rhet. I, 9. Ὡςπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου·

Θέλω τι Fειπῆν, ἀλλά με κωλύει
αἰδώς. —
Αἰ δ' ἦκέ τ' ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν,
καὶ μή τι Fειπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακόν,
αἰδὼς [δέ] κέν σ' οὐκ εἶχεν ὄμματ',
ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω. (Sapphonis Fragm. 61 ed. Neue.)

Alterum quoque Alcaei extat fragmentum apud Hephaestion. p. 80 (Alcaei fragm. 38 ed. Blomf.), poetriam ipsam hoc versu alloquentis:

Ἴόπλοκ', ἁγνά, μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.

Accuratius in hunc locum inquisivit Welckerus libello celebratissimo, *Sappho von einem herrschenden Vorurtheil befreyt.* Gottingae 1816. Interea repertum atque aere incusum est vas quoddam antiquum, in quo viri et mulieris figurae pictae apparent cum inscriptione *ΑΛΚΑΙΟΣ* et *ΣΑΦΟ*. Sappho ipsa speciem prae se fert mulieris honestae et integrae, tanquam colloquentis cum Alcaeo περὶ τῶ δικαίω, minime ἑταίρης sive meretricis, quales in ceteris amphoris fictilibus et operibus anaglyptis cernere solemus. v. *Dissertatione intorno ad una pittura Graeco-Antica, che repraesenta sopra un vaso Alceo e Saffo.* Padoua 1824.

ἀνεδέξατο. Mitscherlichius ad Homer. Hymn. Cer. 473. restituendum esse censuit ἀνεδείξατο, quod respon-

Σαπφοῦς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον,
γιγνώσκεις· ὁ δ' ἀοιδὸς ἀηδόνος ἡράσαθ', ὕμνων
Τήιον ἀλγύνων ἄνδρα πολυφραδίῃ·
καὶ γὰρ τὴν ὁ μελίχρους ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων,
στελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσιν·

---

deret Latino *docere*. Westonius *ἀνεπλέξατο*, apud quem Britannus quidam *ἀνεδείματο*, ut Lat. *condere carmina*, Anglice *to build rhimes*. Sed quare librorum lectio exterminetur, iustae rationes desunt: *κώμους ἀναδέχεσθαι* est idem, quod Latine expresseris *comissationes suscipere*.

Vs. 49. *γιγνώσκεις*· Quamvis Cod. A et B praebeant *γινώσκεις*, recipienda est tamen forma antiquior *γιγνώσκεις*, exhibita in P. V. L. et a Ruhnkenio commendata. Ita etiam infra vs. 73 Cod. A et alii. v. Buttmanni Gram. Gr. II p. 96. Alloquitur poeta Leontium amicam.

ἀηδόνος, ἡράσαθ', ὕμνων κ. τ. λ. Recte interpunxit Ruhnkenius post *ἡράσαθ'*, ut *ὕμνων* cum *πολυφραδίῃ* coniungatur. Scribendum est *ὕμνων*, *παροξυτόνως*, ut praebet P. V. L. non *ὑμνῶν*, ut A. Ceterum *ἀηδών* proprie denotat idem quod *ἀοιδός*, imprimis autem dicitur de *luscinia*, cuius nomen *κατ' ἐξοχήν* tribuitur Sapphoni ob ipsius cantilenam (qualis in carminibus apparet) lusciniae similem.

Vs. 51 sqq. Athenaeus p. 599 C. explicandi caussa addit: *Ἐν τούτοις ὁ Ἑρμησιάναξ σφάλλεται, συγχρονεῖν οἰόμενος Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέοντα, τὸν μὲν κατὰ Κῦρον καὶ Πολυκράτην γενόμενον, τὴν δὲ κατ' Ἀλυάττην τὸν Κροίσου πατέρα. Καμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς καὶ λέγειν τινὰς φησὶν εἰς αὐτὴν πεποιῆσθαι ὑπὸ Ἀνακρέοντος τάδε·*

Σφαίρῃ δεῦτέ με πορφυρέῃ
βάλλων χρυσοκόμης Ἔρως,
νυνὶ ποικίλος λαμβάνω,
συμπαίζειν προκαλεῖται.
ἡ δ' ἐστὶν γὰρ ἀπ' εὐκτίτου
Λέσβου, τὴν μὲν ἐμὴν κόμην,
λευκὴ γάρ, καταμέμφεται,
πρὸς δ' ἄλλην τινὰ χάσκει. (fragm. ξζ' ed. Mehlhorn.)

Nosti, lusciniae utque momorderit ignibus ustus
Multisonis hymnis Teïa corda viri.
Tu quoque enim sectans, mollissime Anacreon, illam
Conspicuam multas Lesbides inter adis.
Cantans quot Sappho duxerit ille choros,

καὶ τὴν Σαπφὼ δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτά φησιν εἰπεῖν·

κεῖνον, ὦ χρυσόθρονε Μοῦσ', ἔνισπες
ὕμνον, ἐκ τᾶς καλλιγύναικος ἐυθλᾶς
Τήιος χώρας ὃν ἄεισε τερπνῶς
πρέσβυς ἀγανός. (fragm. 105 ed. Neue.)

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι Σαπφοῦς τοῦτο τὸ ᾆσμα, παντί που δῆλον. ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι παίζειν τὸν Ἑρμησιάνακτα περὶ τούτου τοῦ ἔρωτος. καὶ γὰρ Ἀλίφιλος ὁ κωμῳδιοποιὸς πεποίηκεν ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐραστὰς Ἀρχίλοχον καὶ Ἱππώνακτα. Athenaei narrationem refutare conatus est Volgerus in pessima Sapphonis Reliquiarum editione, cuius tamen ipsius rationes quam ineptae sint praeclare demonstravit Blomfieldius in Addendis ad Fragm. IX. rep. in Gaisfordii Poet. min. Vol. III p. 298 ed. Lips. cf. Plehnii Lesbiaca p. 180 sqq. Neue ad Sapphonis Fragmenta p. 3.

ἐφωμίλησ', Iacobsius: Fortasse *ἐρῶν ἐφίλησ'*. Sed nescio an nulla opus sit emendatione. — *ὁ μελιχρὸς — Ἀνακρείων*, Similiter Critias Tyr. Fragm. 7, 2. *ἡδὺν Ἀνακρείοντα.* Simmias Theb. Epigr. 2. *Sophoclem* appellat *μελιχρόν*, quem Hermesianax vs. 57 una cum universa antiquitate quinetiam vocavit *μέλισσαν.* Codd. A. B. P. habent *Ἀνακρέων*, sed producenda est penultima, ut in P. L. et apud Critiam quoque. cf. Thierschii Gram. §. 166, 8.

Vs. 52. *στελλομένην*, plerumque interpretantur *ornatam*, minus accurate. Respiciendum est etymon verbi *στέλλειν*, quod respondet Germanico *stellen:* itaque *στελλόμενος* proprie est *is, qui collocatur* sive *stat.* Quae quidem significatio primaria cur aliena sit ab hoc loco, haud perspicio. Sapphonem describit Hermesianax in

φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν λείπων Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
οἰνήρην δουρὶν κεκλιμένην πατρίδα,
Λέσβον ἐς εὔοινον· τὸ δὲ μυρίον εἴσιδε Λεκτὸν

---

pompa sive alia solennitate quadam una cum ceteris puellis Lesbiis incedentem, choros agentem sive *χορηγόν*. cf. Welckeri Sappho p. 62. 112. Sine caussa igitur Schweighaeuserus in Dalecampium animadvertit ita refingentem: *Mixtim aliis cum Lesbiadibus incedentem* — In Cod. A. apud Schweigh. scriptum est *ἀμμιγαλαις βιασιν*, vocali ε cum *αι* permutata. Ansam haud dubie dedit utramque vocalem pronuntiandi similitudo.

Vs. 53. *λείπων σάμον* A. *λειπὼν σάμον* B. *λιπὼν σάμον* P. *προλιπὼν σάμον* V. L. Immerito Ruhnkenius Codicis Veneti lectionem contempsit, licet ea Valckenario placuisset et cuivis placere deberet, cui fides diplomatica pluris est, quam editorum suspicio intempestiva. — Atque Anacreontem Sami commoratum esse apud Polycratem tyrannum res est notissima, Herodoto (III, 121) enarrante, *Πολυκράτει παρεῖναι καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον*. cf. Strabo XIV p. 438.

Vs. 54. Pro vera lectione *οἰνηρὴν* Cod. B. habet *οἰναρὴν*. *δοῦριν* V.L. *δοῦχιν* P. In priorem scripturam animadvertit Casaubonus: „Inepta lectio. Scribendum *δουρὶ κεκλιμένην*; *armis subiugatam*. Ita passim loquuntur poetae. *Οἰνηρὰ* non est proprium alicuius loci nomen; sed commune omnium *vini feracium*. Vetus poeta in Scholiis Hephaestionis [p. 89 ed. Pauw.] *ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διανήξας ἀπ' οἰνηρᾶς Χίου*." Astipulantur Ruhnkenius, Ilgenius, Schweighaeuserus aliique, primus quidem provocans ad Antipatrum in Brunckii Anal. II p. 29. *Οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα*. cf. Iacobs. ad Anth. Gr. I, 1 p. 411. Friedemanno de media syllaba Pent. p. 296 scribendum videtur *δούρων* vel *δόρασιν*. Nimis audacter. Iam lectionem *δοῦριν* extare etiam in Cod. A patet ex Ruhnkenii et Schweighaeuseri silentio. Lenissima igitur accentus mutatione nobis reponendum videtur *δουρὶν*, forma antiquissima, qualem poetae Alexandrini interdum revocare conati sunt. Conservata est haec forma in Da-

Nunc agros linquit Samios, mox linquit et ipsa
Vitiferae patriae rura subacta suae.
Vectus et uviferam Lesbon Lectum sine fine

---

tivo pronominum *τεῖν*, *ἴν*. cf. Thierschii Gram. §. 404, 4. — De *Teo* per Harpagum capta Herodot. I, 168. *ἐπεί τε γάρ σφεων [Τηίων] εἷλε χώματι τὸ τεῖχος Ἅρπαγος, ἐσβάντες πάντες ἐς τὰ πλοῖα, οἴχοντο πλέοντες ἐπὶ τῆς Θρηικίης, καὶ ἐνταῦθα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα.* Vini Teii alibi quidem mentio fit nulla, sed insulae situs vitium culturae non minus favet, quam Chii, Lesbi et aliarum insularum. Clarior est Lesbus, eam ob rem, unde vs. 55 dicta est *εὔοινος*. v. Voss. ad Virgil. Georg. p. 297. Plehnii Lesb. p. 6 sqq. 97. Paldamus ad Propert. p. 303 pro *εὔοινον* coniecit *εὔυμναν*, sine iusta ratione.

Vs. 55. „Sequitur, *τὸ δὲ μυρίον εἴσιδε λέκτρον*. Quid appellat *τὸ μυρίον λέκτρον*? Non est verbis opus, ut falsi convincatur haec lectio: Scribo:

— ⏑ τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον.

Vera et perspicua emendatio. *Lectum promontorium*, Aeolidem et Troadem disterminans, insulae *Lesbo* est *oppositum*. *ῥίον*, poeticum vocabulum [v. Homer. Odyss. γ, 295] *ἀντὶ τοῦ ἄκρα, promontorium.*" CASAUBONUS. Felici istac emendatione Ruhnkenius ait verius habendum esse nihil. Hac tamen in re procul dubio corrigendus est Casaubonus eumque temere sequuti Dindorfius et Riglerus, quod *Λέκτον* scripserunt, *παροξυτόνως*, quum scribendum esset *Λεκτόν*, *ὀξυτόνως*, docente Scholiasta Veneto A. ad Homer. Il. ξ, 284. *οὕτως Λεκτόν ὀξυτόνως, ὡς φυτόν· οὕτως γὰρ ὁ τόπος καλεῖται.* Unde Wolfius in Homeri editione recte scripsit l. c.

Ἴδην δ' ἱκέσθην πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν,
Λεκτόν, ὅθι πρῶτον λιπέτην ἅλα. —

ubi idem Scholiasta: *Λεκτὸν ἀκρωτήριον τῆς Ἴδης, κεκλημένον ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ κατακλιθῆναι Δία καὶ Ἥραν. τρία δὲ τὰ πάντα ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης, Λεκτόν, Γάργαρον, Φαλάκρη.* Neque iusta adest caussa, cur librorum

πόλλάκις Αἰολικοῦ κύματος ἀντιπέρας.
Ἀτθὶς δ' οἷα μέλισσα, πολυπρήωνα Κολώνην
λείπουσ', ἐν τραγικαῖς ἥδε χοροστασίαις
Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα· γέρων δὲ Θεωρίδος εἶδας

— — — — — — —

— — — — — — — —

---

lectio μυρίον mutetur in δὴ ῥῖον. Μυρίον est forma adverbialis, i. q. vulg. μυρία, cui respondet Latinum *millies, sexcenties* de numero indefinito. v. Iacobs. ad Anth. Gr. II, 3 p. 195.

Vs. 57. Libri αὖθις, quod Ruhnkenius ingeniose emendavit Ἀτθὶς. Simmias Theb. Epigr. 2. Brunck. Anal. I p. 168.

Ἥρέμ' ὑπὲρ τύμβοιο Σοφοκλέος, ἠρέμα, πισσέ,
ἑρπύζοις, χλοεροὺς ἐκπροχέων πλοκάμους,
καὶ πισταλὸν πάντη θάλλοι ῥόδον, ᾗ τε φιλορρώξ
ἄμπελος, ὑγρὰ πέριξ κλήματα χευαμένη,
εἵνεκεν εὐμαθίης πινυτόφρονος, ἣν ὁ μελιχρὸς
ἤσκησεν Μουσῶν ἄμμιγα καὶ Χαρίτων.

Schol. ad Soph. Aiac. 1218. ἡδίστος ὢν ὁ Σοφοκλῆς, πάλιν ἐπὶ τὸ ἴδιον ἦθος ἔκλινεν, ὅθεν καὶ μέλιττα ἐκλήθη. Suidas v. Σοφοκλῆς· προσηγορεύθη δὲ μέλιττα διὰ τὸ γλυκύ. Cl. Gu. Schlegelius, Vorlesungen üb. dram. Kunst u. Litt. I p. 175 sq. „Als charakteristisch haben die Alten an diesem Dichter die angebohrne Süfsigkeit und Anmuth gepriesen, wegen deren sie ihn die Attische Biene nannten. Wer zum Gefühl dieser Eigenschaft hindurch gedrungen ist, der darf sich schmeicheln, dafs ihm der Sinn für die antike Kunst aufgegangen sey, denn die heutige Empfindsamkeit möchte, weit entfernt in jenes Urtheil einstimmen zu können, vielmehr in den sophokleischen Tragödien, sowohl was die Darstellung körperlicher Leiden betrifft, als in den Gesinnungen und Anordnungen, vieles unerträglich herbe finden." — Libri πολυπρίωνα κοδώνην, unde primus Lennepius refinxit πολυπρήωνα Κολωνὸν. cf. Iacobs. ad Anth. Gr. I, 2 p. 113 sq. Sed lenior erit medicina eademque efficacior, si scripseris Κολώνην, lit-

Aspicit oppositum fluctibus Aeolicis.
Cecropia aut ut apis linquens clivosa Coloni,
Vos, choreis tragicis, Liber Amorque, canit;
Nimirum canus vel ille Theoridis formam

— — — — — —
— — — ÷ — — —

---

tera initiali quadrata, non *κολώνην*, quod Ruhnkenio placuit; hempe duplex forma illius pagi extitisse videtur, altera *Κολωνός*, altera *Κολώνη*, ut patet ex Suida: *Σοφοκλῆς, Σοφίλου, Κολωνῆθεν, Ἀθηναῖος.* Schol. in Argum. ad Oedip. Col. extr. *ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε [τὸ δρᾶμα], χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνῆθεν.* Ubi tamen differt lectio, quum alii habeant *Κολωνόθεν*. Accedit, quod epitheton *πολυπρήων* minus bene quadrat in nomen appellativum, optime in *Colonum* pagum.

Vs. 58. *λειποῦσ'* (sic) P. L. *λιποῦσ'* V.

Vs. 59. *Ἔρωτ' ἀγαιραιθειαρειδος* A. B. *ἀγεῖραιθ αρειδὸς* (*ἀρειδὸς* L.) P. V. L. Ruhnkenius correxit: *Ἔρωτα γεραῖραι . . . . .* Valckenarius recte delevit interpunctionem extremo versu 58, ut Sophocles in canticis choricis Bacchum et Cupidinem cecinisse dicatur; nimirum hodieque extant duo cantica chorica, in quibus Sophocles Amorem et Bacchum celebravit: unum in Antigona 777 (781) sqq. *Ἔρωτ' ἀνίκατε μάχαν κ. τ. λ.* cf. Passovii Vindiciarum Sophocl. Specim. I. Ind. Lectt. Vratislav. aest. a. 1825. alterum in eadem tragoedia 1102 (1115) sqq. *Πολυώνυμε, Καδμείας Νύμφας ἄγαλμα κ. τ. λ.* In deperditisne fabulis de iisdem diis cecinerit Sophocles, hodie non constat, sed licet assumere. Quae sequuntur, immodice corrupta sunt. Quum Hermesianax omnium et poetarum et philosophorum, quos recenset, amicas sive uxores nominaverit, optimo iure quaestionem proposuit Ruhnkenius, quid esset, quare unius Sophoclis amicam reticeret. Iam vero Athenaeus XIII p. 592 A. *Σοφοκλῆς*, inquit, *ὁ τραγῳδιοποιὸς, ἤδη*

60 — — — — Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.
φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα
καὶ πάντως μῖσος κτώμενον ἐξ ὀνύχων

ΓΕΡΩΝ ὢν ἠράσθη ΘΕΩΡΙΔΟΣ τῆς ἑταίρας. — τῆς δὲ Θεωρίδος μνημονεύει, λέγων ἔν τινι στασίμῳ οὕτως·

φίλη γὰρ ἡ Θεωρίς.

Hinc prudenter conclusit Lennepius in corrupta lectione ΘΕΙΑΡΕΙΔΟΣ latere vestigia vocis ΘΕΩΡΙΔΟΣ: quae quidem vestigia persequutus, Ilgenius totum distichum ita refinxit:

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' · ἤγειρε Θεωρίδος εἶδος,
ἣν ᾠδῆς τεχνὴν Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

ut sensus esset: *Theoridis pulcritudo canendi artem, qua Iuppiter Sophoclem donarat, excitavit et inflammavit.* Hanc coniecturam imitatus Weberus, p. 680 insuper annotavit: „Wir erfahren durch Athenäos, dafs Sophokles noch in seinem Alter eine Hetäre Theoris geliebt habe; Hermesianax könnte sich leicht auch hier seiner genialischen Freiheit bedient haben, und da er einmal dem Sophokles eine Gefährtin geben mufste, die des Alters in seine Jugend versetzt haben." cf. Iacobs. Verm. Schriften II p. 344. Riglerus aliam ingressus est viam:

Βάκχον καὶ τὸ Ἔρωτα· γέρας δὲ Θεωρίδι δῶκεν
ᾠδῶν, ὥστε χάριν Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

quod distichum interpretatus est ita:

Scilicet exornat dulci ille Theorin honore
Cantus, quem Sophócli Iuppiter ipse dedit.

Nobis neutrum probabile, praesertim quum librorum vestigia eo perducant, ut, quatenus fieri potest, Athenaei narratiunculae accommodetur Hermesianax: Itaque ex hisce elementis:

ΕΡΩΤΑ ΓΕΙΡΑΙ ΘΕΙΑΡΕΙΔΟΣ restituamus:
ΕΡΩΤΑ ΓΕΡΩΝ ΔΕ ΘΕΩΡΙΔΟΣ ΕΙΔΟΣ.

Haec verba quae excipit lacuna, ea nobis saltem longior esse videtur, quam ut unius hemistichii spatio expleri queat. Ad verba: γέρων δὲ Θεωρίδος εἶδος cogitatione

— — — — misit Iovis Sophocli.
Illum etiam dico, qui quaeque pericula cavit
Irasque a teneris ceperat unguiculis

---

supplendum est ἄσμασιν ἧνεσε, sive ὕμνησε, sive simile quiddam: *Sophocles iam senex celebravit Theoridis venustatem.* In lacuna fortasse praeter ea, quae ad Theoridem spectant, facta erat etiam mentio alterius amicae, de qua Athenaeus l. c. B. *ἐπὶ δὲ ὑσμαΐς ὢν τοῦ βίου, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, Ἀρχίππην ἠγάπησε τὴν ἑταίραν, καὶ τοῦ βίου κληρονόμον κατέλιπεν. ὅτε δὲ γεραιῷ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ συνῆν ἡ Ἀρχίππη, ὁ πρότερος αὐτῆς ἐραστὴς Σμικρίνης, ἐρωτώμενος ὑπό τινος, τί πράττει Ἀρχίππη, χαριέντως ἔφη· ἥδιςπερ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφων κάθηται.*" — Westonius coniecerat:

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἐγείραιριν θεῖος ἀοιδός.

Schweighaeuserus:

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα γεραίρειν θεία ἀοιδῇ
Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ. — —

Vs. 61. *τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα*, i. e. *Euripidem.* Respicere videtur poeta ad Solonis Scolium (fragm. κζ'), quod incipit: *Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον ὕρα κ. τ. λ.*

Vs. 62. Vulgo hic versus ita scribitur:

καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ συνοχῶν,

quod Westonius interpretatur *ob continentiam.* At Casaubonus: „Postrema vox nullius pretii est. Legi potest *ἐκ δακέων πάσας ὀμφὴ γυναῖκας.* Verte: *Aio etiam illum poetam semper abstinentem, et qui omnium odium sibi conflavit ex maledictis in omnes mulieres, illum, inquam, ictum tandem* etc." In quem animadvertit Ruhnkenius, locum ipse intactum relinquens, nec *δάκος* pro *δῆγμὸς* dici, nec satis accedere ad vitiosae lectionis vestigia. Lennepius proposuerat:

καὶ πάντως μῖσος κτώμενον ἐξ ἁλόχων.

v. Gellius N. A. XV, 20. Suidas v. *Εὐριπίδης.* cf. Mohnike Hist. litt. Gr. I p. 397. Attamen hoc longius re-

πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, ὑπὸ σκολιοῖο τυπέντα
τόξου, νυκτερινὰς οὐκ ἀποθέσθ' ὀδύνας·
65 ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσατο λαύρας,

---

petitum et elementa nimis recedunt a scriptura Codícum. Iacobsius Animadv. in Euripid. p. 43.

καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ΑΙΣΧΡΟΛΟΤΩΝ π. α. γ.

Quum in omnes mulieres turpia et contumeliosa verba iaceret. ADAMUS, nescio quis, a Schweighaeusero laudatus, ita coniecit:

καὶ παλτῶν μῖσος κτώμενος ἐκ συνεχῶν,

in eandem sententiam, quae et Casaubono et Iacobsio placuerat. Ilgenius varie tentavit hunc locum: reiecit tamen ipse omnes emendandi rationes praeter unam, ita comparatam:

καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ στονύχων π. α. γ.

στόνυχες *cuspides* cuiusvis generis, inter alia *extremitates unguium.* Hesychius: στόνυχες, τὰ εἰς ὀξὺ λήγοντα, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων: ita ut per synecdochen sit ἐκ στονύχων idem quod ἐξ ὀνύχων. πάντων putat connectendum esse cum πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, *qui omnium in omnibus mulieribus odium susceperat a teneris unguiculis; qui omnia in omnibus mulieribus exosus erat.* Aperte fateor mihi hoc nimis contortum videri; neque illa opus esse synecdoche altera evincit eaque in principi loco palmaria Iacobsii emendatio ad Anth. Gr. II, 2 p. 236.

'ΗΔ' 'ΑΠΑΛΩΝ μῖσος κτώμενον 'ΕΞ 'ΟΝΥΧΩΝ π. α. γ.

Extremo versu in eandem coniecturam, mirum quantum, incidit etiam Blomfieldius in Diario class. VII p. 239. „Vides, inquit, easdem litteras, Ξ tantum pro ΚΣ [cuius ansam profecto dedit enuntiatio] scripto — ἐξ ὀνύχων, ἁπαλῶν scilicet. *Qui omnino* [πάντως] *mulierum osor a teneris unguiculis fuerat,* μῖσος κτώμενον, ut νόσον κτᾶσθαι, τὸ γαῦρον κεκτημένος, et similia apud Tragicos." Ingeniose quidem Iacobsius dedit ἠδ' ἁπαλῶν, sed id longius abest a librorum vestigiis; quapropter in scriptis miscell. II p. 345 hunc locum ita retractavit, καὶ πάντων. Cautissime tamen Lennepius iam

In muliebre genus, curvato ictum tamen arcu
Nocturnas curas non posuisse graves.
Ecce per Emathios sed vicos pruriit omnes,

---

scripserat *πάντωΣ* pro vulg. *πάντωΝ*. Mutatio frequentissima. Itaque sensus totius loci est hic: *Neque Euripides, qui tantopere sibi cavebat et omnino inde a teneris unguiculis omnium mulierum odium animo conceperat, amoris cruciatus effugere potuit.* Ad loquendi formulam *ἐξ ὀνύχων* (apud Graecos adverbialiter adhibitam, velut apud nostrates *mit der Muttermilch*) Iacobsius contulit Automedontis Epigr. 3. *τὴν κακοτέχνοις σχήμασιν ἐξ ἄπαλῶν κινυμένην ὀνύχων.* Horat. Carm. III, 6. 23. *Iam nunc et incestos amores De tenero meditatur ungui.*

De Euripide *μισογύνῃ* multa leguntur in libris veterum. Sed Hieronymus apud Athenaeum XIII p. 557 E. *ἐν ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι φησὶν οὕτως· „Εἰπόντος Σοφοκλεῖ τινος, ὅτι μισογύνης ἐστὶν Εὐριπίδης· Ἐν γε ταῖς τραγῳδίαις, ἔφη ὁ Σοφοκλῆς, ἐπεὶ ἔν γε τῇ κλίνῃ, φιλογύνης.*

Vs. 63. *σκολιοῖῳ* A. B. P. *σκολίοιο* L. *σκολιοῖς* V. De *Cupidinis arcu* bellissime Ovidius Amor. I, 1, 21 sqq.

Questus eram, pheretra cum protinus ille [*Amor*] soluta
Legit in exitium spicula facta meum;
Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum;
Quodque canas, vates, accipe, dixit, opus.
Me miserum! certas habuit puer ille sagittas.
Uror, et in vacuo pectore regnat Amor.

Vs. 64. *νυκτερινὰς — ὀδύνας.* Nemo est fere, quin ipse senserit *τοὺς ἐρωτομανεῖς* noctu potissimum, somno orbatos, flebili quodam amoris desiderio commoveri.

Vs. 65. Rarior forma *Μακηδονία*, extat ap. Dionys. Perieg. 254. 427. Callimachi Hymn. Del. 167. cf. Casp. Barthii Adversaria II, 16 p. 82. Vulg. *Μακεδονία*.

πάσας κατενίσατο λαύρας, ita libri scripti et editi. Casaubonus primus sine iusta caussa *κατενίσσατο* scripsit duplici littera *σ*. Etenim per se iam produci antepenultimam temporis futuri *νίσομαι* docet Homerus Il. *ψ*, 76. *νίσομαι ἐξ Ἄϊδαο, ἐπήν με πυρὸς λελάχητε.* Iam quidem res est nondum prorsus ad liquidum perduota, quod discere

Αἰγεινὼ μέθεπεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην,
εἰςόκε τοι δαίμων, Εὐριπίδη, εὗρεν ὄλεθρον
ἀμφὶ βίου στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.

---

licet ex Buttmanni Grammatica Gr. I p. 384. Notatu tamen dignum est, quod hoc loco, cuius immemor fuit Buttmannus, librorum consensus ducit ad certam futuri temporis formam *νίσομαι*, simplici littera *σ*. — Vox *λαῦρα* iam extat apud Homer. Odyss. *χ*, 128.

ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐΰσταθέος μεγάροιο
ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι.

ubi totius sententiae tenor suppeditat significationem *viae, plateae, vici.* Etym. M. p. 557, 45. *Λαῦρα, ἡ πλατεῖα ῥύμη· οἷον, Ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην· — παρὰ τὸ λίαν ἔχειν αὖραν· ἢ διὰ τῆς ὁ λαὸς ῥεῖ εἰς τὴν ὁδόν. Λαύρας, τὰς ὁδοὺς ἢ τὰ ἄμφοδα, ἢ τὰς πλατείας ῥύμας. ἢ παρὰ τὸ δι' αὐτῶν τὸν λαὸν ὀρούειν, τουτέστιν ὁρμᾶν.* cf. Casaubon. ad Athen. XII p. 540 F.

Vs. 66. *Αἰγείων*, quod MSti exhibent, Casaubonus scribit *Ἀργείην*, nomen proprium apud Theocrit. Idyll. XVII, 53 et Apollodor. I, 9. Melius profecto, quam Westonius, qui *Αἴγειαν* scribens, *Aegeam urbem* intelligit, sedem regni Macedonici (v. Iustin. VII, 1 ibique Intrpp. cf. Cellarii Geogr. antiq. I p. 1037 sq.). Sed quam monstrosa est eius interpretatio particulam *δέ*, post *μέτεπεν* positam, referentis ad vocem *Αἴγειαν*, ita ut sententia prodeat talis: *Dispensatorem Archelai*, cuius nomen Craterus (v. Euripidis Vita Gr.), *secutus est usque ad Aegeam.* Iacobsius ad Anth. Gr. II, 2 p. 236. *Ἀντείαν* scribendum proponit, quod nomen extat in Catalogo meretricum ap. Athen. XIII p. 593 F. Schweighaeuserus autem censet, servata Codicum scriptura, eundem *Craterum* dici posse *Aegeorum ταμίαν Archelai*, i. e. *ab Archelao Aegeis praefectum*, sive a rege constitutum, *quaestorem* vel *administratorem Aegeorum.* Tali expositioni refragatur sensus poeticus. Optimum haud dubie transpositis litteris repperit Ilgenius, probatus etiam Webero p. 681, *Αἰγεινώ*, ut *Θεανώ, Κελαινώ, Κρινώ, Λεινώ, Σθενώ, Σαπφώ, Κοριαννώ, Φαννώ* etc. Atque Euripidem ab Archelao, tyranno-

Nam trahit Aegino regia serva virum;
Numina dum exitium cernunt Euripidis atra,
Ut canibus saevis obvia praeda cedat.

---

rum Siculorum morem imitato, in Macedoniam arcessitum esse omnium constat. — *Ἀρχέλεω* recte scribitur. *ἀρχελάω* B. P.

Vs. 67. *εἰςόκε δαίμων* A. B. P. *εἰςόκε τοι δαίμων* V. L. Schweighaeuserus ante *δαίμων* intercidisse particulam *δή* opinatur. Sed praeterea quod editiones veteres exhibent *τοι*, eandem vocem offerre videtur Cod. Mediceus, cuius lectionis diversitatem haud annotaverit Ruhnkenius. Retento pronomine *τοί* pro vulg. *Εὐριπίδῃ* Iacobsius ad Anth. Gr. l. c. optime scripsit *Εὐριπίδη*, ut sit casus vocandi, cui apte convenit pronomen, suffragante etiam Porsono Tracts and misc. criticisms p. 245. [Conf. Dobraeus annot. ad Aristoph. Acharn. 487 p. 557 ed. Lips. F. PASSOVIUS.] *εὕρετ'* A. B. *εὗρεν* P. V. L. Hic nullum locum habet forma media. — Quae narrantur de Euripide a canibus dilacerato, poetarum comicorum maxime figmentis assignanda esse videntur. Pausanias quoque simile quiddam respexit I, 2, 2. *Τέθαπται δὲ Εὐριπίδης ἐν Μακεδονίᾳ, παρὰ τὸν βασιλέα ἐλθὼν Ἀρχέλαον· ὁ δὲ οἱ τοῦ θανάτου τρόπος, πολλοῖς γάρ ἐστιν εἰρημένος, ἐχέτω, καθὰ λέγουσιν.* cf. Ovid. in Ibin 59. Diodor. XIII, 103. Gellius N. A. XV, 20. Valer. Max. IX, 12, 4. Hygin. fab. 247. Atque aperte vulgari narratiunculae oppugnat Addaeus Epigr. 8. Brunck. Anal. II p. 242 sq.

Οὔ σε κυνῶν γένος εἶλ', Εὐριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς
οἷστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον,
ἀλλ' Ἀΐδης καὶ γῆρας· ὑπὸ Μακέτῃ δ' Ἀρεθούσῃ
κεῖσαι, ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω.
σὸν δ' οὐ τοῦτον ἐγὼ τίθεμαι τάφον, ἀλλὰ τὰ Βάκχου
εἴματα καὶ σκηνὰς σῇ ὑπὸ πειθομένας.

Vs. 68. *ἀντιάσαντι* V. L. *ἀντιάσαντα* B. P. Prior lectio, Ruhnkenio et Schweighaeusero tacentibus, etiam in Cod. A videtur extare.

ἄνδρα δὲ, τὸν Κυθέρηθεν ἀνεθρέψαντο τιθῆναι
Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην
Μοῦσαι παιδευθέντα, Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς
ὠρυγῇ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως,
γιγνώσκεις, ἄϊουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
αὐτοῖς μηλείοις θήκαθ' ὕπο προγόνοις.

Vs. 69. Initio versus pro δὲ Cod. B. exhibet τε. — Dormitavit Schweighaeuserus, quum recepta vulgari lectione ἀνεΤρέψαντο, in sermonem Latinum converteret *educarunt*: immo lenissima medicina corrigendum ἀνεΘρέψαντο, ductore Adr. Heringa Observ. cap. 31 p. 284. cuius tamen, quam vs. 71 proposuit, coniectura, pro παιδευθέντα legentis παιδόθεν ὄντα, quod referatur ad *Βάκχου — ταμίην*, pro inani habenda est. Sed vel Ruhnkenius hunc locum male interpretatus esse videtur, siquidem ex mala distinctione tale quippiam concludere licet:

ἄνδρα δὲ τὸν Κυθέρηθεν ἀνεθρέψαντο τιθῆναι,
Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην,
Μοῦσαι παιδευθέντα Φιλόξενον· οἷα τιναχθεὶς κ. τ. λ.

Sed quanta dilaceratio! Abhorret ab elegantia talis poetae. *γιγνώσκεις ἄνδρα — Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς κ. τ. λ.* structura sermonis Graeci imprimis propria, pro solita: *γιγνώσκεις, οἷα ἀνὴρ — Φιλόξενος τιναχθεὶς κ. τ. λ.* Sensus: *Philoxenus autem, quem Cytherae educarunt Musae nutrices, Bacchi et loti (tibiae) fidissimus minister institutus, quomodo clamore perculsus hanc urbem perlustraverit, novisti, quippe quae audiveris* etc. *Κυθέρηθεν*, ut saepius, pro *Κυθέρῃ* sive *Κυθέρηθι*. Ita vs. 24. ἔνθεν pro ἔνθα. cf. Thierschii Gram. §. 198, 8.

Vs. 70. *Βάκχου — ταμίην*. Haec potissimum spectant ad Philoxenum poetam dithyrambicum, accinente tibia Bacchi laudes celebrantem. *Ταμίης* eodem sensu dictus est, quo Pindarus Isthm. V, 54 (VI, 84) ipse de se *ταμίας κώμων*.

Vs. 72. Hesychius: *ὠρυγή, φωνὴ, θόρυβος· κυρίως δὲ ἡ τῶν κυνῶν φωνή*. Sine iusta ratione Ruhnkenius haesit in voce *ὠρυγή*, quanquam hic non pertinet ad ca-

Scis quoque, quem fidum Bacchi lotique Cytheris
Promum nutrices Musae aluere pio
Eductum gremio, per nostra Philoxenus urbis
Moenia quo plausu venerit attonitus.
Nam desiderium audisti, quod subdidit ipsis
Agnis primigenis, o Galatea, tuis.

---

num latratum. Ilgenius interpretatur *ululatum, das heulen, winseln,* ita ut *τιναχθεὶς ὠρύγῃ* sit *conquassatus planctu et querelis amaris, abgewinselt.* Sed hoc minus aptum videtur. Verum indagavit Schweighaeuserus, quippe qui intelligat *acclamationem Colophoniorum,* tam clarum poetam per urbem ipsorum proficiscentem, *cum plausu* aures illius undique *percellente, excipientium.* Dalecampius *Orygen* habuit Philoxeni amicam. Nihil magis ridiculum. —

ταύτης — διὰ πτόλεως, dictum est *δεικτικῶς,* intelligit poeta urbem, in qua ipse habitat, *Colophonem.* — Nemo ignorat Philoxenum a Dionysio tyranno in lautumias Syracusanas coniectum inde effugisse Cytheram posteaque mortem obisse Ephesi: unde Weberus p. 683 argumentatur Hermesianactem respicere ad rem quandam eo tempore gestam, quo Philoxenus Colophonem transmigraverit, illam quidem nobis ignotam.

Vs. 73. *γιγνώσκει* A. P. V. L. *γινώσκει* B. *καὶ οὐσαν μέγαν* A. B. P. *καὶ οὐσαμέγαν* V. *καίουσα μέγαν* L. Inde Ruhnkenius sanavit *ΓΙΓΝΩΣΚΕΙΣ ΑΪΟΥΣΑ ΜΕΓΑΝ Π. ἀΐουσα* spectat ad Leontium puellam, quam alloquitur poeta. Heringa coniecerat *γιγνώσκεις κλείουσα,* Riglerus: *γιγνώσκεις· κλεῖεν δὲ μ.* uterque minus feliciter.

Vs. 74. Libri: *αὐτοῖς μηλίοις,* quod Dalecampius rettulit *ad Melios,* Melum insulam constituens Galateae patriam. Sed probandum erat ante omnia, quod argumentis historicis probari non potest, Melum re vera fuisse Galateae patriam. Assentiendum est igitur Heringae l. c. p. 283. refingenti *μηλείοις. Μήλειοι πρόγονοι* sunt *ovium agni primogeniti,* auctore Hesychio v. *Πρό-*

75 οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται,
Κῷοι, χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ

γονοι, οἱ πρωτόγονοι ἄρνες· οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς μέτασσαι· ἔρσαι δὲ ἄπαλοὶ καὶ τῷ ἔαρι γινόμενοι. Structura est haec: ὃν πόθον Γαλατείης Φιλόξενος ὑπεθήκατο αὐτοῖς μηλείοις προγόνοις. i. e. *quod Galateae desiderium Philoxenus ipsis ovium agnis primogenitis supposuit*, vel *insinuavit*. Notum est (ut Ilgenius ait) amatores in carminibus, pulcritudinem amicarum celebrantes, dicere pecudes adeo ipsas desiderium earum sentire. Similiter Theocrit. I, 74 sq. de Daphnide:

> πολλαί οἱ πὰρ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
> πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.

cf. Virgil. Eclog. V, 25. Moschus III, 23 sq.

De Philoxeni *Galatea* ante omnes audiendus est Athenaeus I p. 6 F. συνεμέθυε δὲ τῷ Φιλοξένῳ ἡδέως ὁ Διονύσιος. ἐπεὶ δὲ τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων, εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη, ἐν αἷς ποιῶν τὸν Κύκλωπα συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ περὶ αὐτὸν γενόμενον πάθος, τὸν μὲν Διονύσιον Κύκλωπα ὑποστησάμενος, τὴν δ' αὐλητρίδα Γαλάτειαν, ἑαυτὸν δ' Ὀδυσσέα. cf. Aelian. V. H. XII, 44. Perizon. ad X, 9. Hunc Cyclopis amorem postea celebravit Hermesianax ipse (v. ad fragm. 1), Theocritus Idyll. XI et Ovidius Metam. XIII, 738 sqq. At Diodorus Siculus XV, 6. Philoxenum in lautumias coniectum esse narrat, propterea quod nimia libertate Dionysii poemata perstrinxisset: τῶν δὲ συνόντων αὐτῷ [Διονυσίῳ] ποιητῶν Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς, μέγιστον ἔχων ἀξίωμα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ἰδίου ποιήματος, κατὰ τὸ συμπόσιον ἀναγνωσθέντων τῶν τοῦ τυράννου ποιημάτων μοχθηρῶν ὄντων, ἐπερωτήθη περὶ τῶν ποιημάτων τίνα κρίσιν ἔχοι; ἀποκρινομένου δ' αὐτοῦ παῤῥησιωδέστερον, ὁ μὲν τύραννος, προσκόψας τοῖς ῥηθεῖσι, καὶ καταμεμψάμενος, ὅτι διὰ φθόνον ἐβλασφήμησε, προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις παραχρῆμα ἀπάγειν εἰς τὰς λατομίας. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῶν φίλων παρακαλούντων συγγνώμην δοῦναι τῷ Φιλοξένῳ, διαλλαγεὶς αὐτῷ πάλιν τοὺς αὐτοὺς παρέλαβεν ἐπὶ τὸ συμπόσιον. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, καὶ πάλιν τοῦ Διονυσίου κανχωμένου περὶ τῶν ἰδίων ποιημάτων, καί τινας στίχους τῶν δοκούντων ἐπιτετεῦχθαι προενεγκαμένου καὶ ἐπερωτῶντος, ποῖά

Nosti et quem Coi posuere ex aere Philetam
Eurypyli cives, ut fide dulce canit

τινα σοὶ φαίνεται τὰ ποιήματα ὑπάρχειν; ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε, τοὺς δ' ὑπηρέτας τοῦ Διονυσίου προσκαλεσάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαγαγεῖν εἰς τὰς λατομίας. Nescio, an eodem vel simili stimulo usus sit Philoxenus in Galatea, siquidem Schol. ad Theocrit. XI, 1. vera protulerit: *Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι, καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, ὅπως ταῖς Μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκέῖται.* Extrema verba ironice dicta esse videntur de Dionysio versus pangente. — Ceterum lepidissima extat Phaniae narratiuncula apud Athenaeum I p. 6 E.

Vs. 75. *Εὐρυπύλου πολιῆται.* Eurypylum, Coorum olim regem (v. Homer. Hymn. in Apoll. Del. 42) alii dicunt Herculis fuisse filium et Chalciopae (Schol. Venet. D. ad Iliad. *β*, 677), alii Neptuni et Astypalaeae, eumque ab Hercule interfectum. v. Apollodor. II, 7, 1. Prior fabula ex confusione quadam profecta esse videtur: nimirum eiusdem Eurypyli filia fuisse dicitur Chalciopa, ex qua Hercules suscepisset Thessalum. v. Apollodor. II, 7, 8. ibique Heynii Not. p. 492. — *Eurypyli cives* dicuntur *Coi* eodem modo, quo *Thebani Κάδμου πολῖται* ap. Aeschyl. Sept. c. Theb. 1. Homer. Il. *β*, 677. *καὶ Κῶν, Εὐρυπύλοιο πόλιν.* Similiter Critias Tyr. fragm. 1, 6. *Χίος τ', ἔναλος πόλις Οἰνοπίωνος.* Propert. V [IV], 5, 23. *Eurypylique placet Coae textura Minervae.* Ovid. Met. VII, 363. *Eurypylique urbem, qua Coae cornua matres Gesserunt.*

Vs. 76. „*χάλκειον θῆκαν* solenni dicendi more. Theocr. ep. 17, 3. in Epicharmum:

ὦ Βάκχε, χάλκειόν νιν ἂντ' ἀληθινοῦ
τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν.

Sic *χαλκοῦν τινα ἱστάναι* passim apud oratores. v. Bergler. ad Alciphr. I, 30 s. fin. et Hemsterhus. in Lucian. T. I p. 165. *Stare* voc. solenne de statuis ap. Romanos Virg. Ecl. VII, 31.

— — levi de marmore tota
Puniceo stabilis suras evincta cothurno.

Βιττίδα μολπάζοντα θοὴν, περὶ πάντα Φιλητᾶν
ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.
οὐδὲ μὲν οὐδ' ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐστήσαντο

---

h. e. tibi statua ponetur, interprete Heynio." HEINRICH. Similis loquutio apud Horat. Carm. IV, 1, 20. *Albanus prope te* (Venerem) *lacus Ponet marmoream sub trabe Cypria.* Ruhnkenius verba ὑπὸ πλατάνῳ distinctione a ϑῆκαν separanda esse voluit. *Nam poetae*, inquit, *umbram sectantur.* Sane. Sed vereor, ne Critici perspexerint oculi, quae poeta ipse nunquam cogitavit. Etenim morem fuisse apud veteres, ut statuae sub platanorum umbra collocarentur, Westphonius docuit ex Philostrato Vit. Herodis Attici: εἰκόνας ἀνετίθει σφῶν ϑηρώντων τε καὶ τεθηρακότων καὶ τεθηρασόντων, τὰς δὲ ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δ' ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων. Sensus est: *Cives Coi Philetae sub umbra platani cuiusdam dedicarunt signum, in quo proponitur poeta Bittidem carminibus elegiacis celebrans.*

Vs. 77. Vide, quae animadvertimus in Philetae Vitam. Φιλητᾶν V. L. φιλήταν P. φιλίταν A. B. cf. ad Philet. p. 1.

Vs. 78. ῥήματα, ita Codd. πήματα ed. Basil. L. λαλιήν omnes praeter P. χαλιήν. Iusta adhuc desideratur interpretatio. Ilgenius ῥυόμενον mutavit in μυρόμενον, unde sensus prodiret hicce: *Nosti etiam illum ratem, quem Eurypyli cives, Coi, aereum proposuerunt, Philetam, quum Bittidem caneret agilem sub platano, ad omnia verba et per omnem facundi oris sermonem fletum fudisse amarum.* Id profecto nimis contortum. Nec melius videtur, quod Heinrichius excogitavit, quippe qui θοὴν περὶ πάντα ῥήματα ad *Bittidem* rettulerit, *in omni sermone celerem ac promptam, in argumento quocunque disertam.* In verbo ῥυόμενον Heinrichius se paullo tardiorem haerere non diffitetur. „Si quis, inquit, interpretari vellet: *omnem facundiam effundentem*, deberet esse ῥύοντα." Quare coniecit:

καὶ πάσᾳ ῥυόμενον λαλιῇ.

Sed fugerat virum doctissimum usu non valere formam praesentis temporis ῥύω pro ῥέω. Neque omnino sa-

Bittida sub platano celerem, quique omnia verba
Acriter explicuit cunctaque colloquia.
En, neque quos duram vitam iuvat amplexatos

---

nandum est, si quid medicorum sensus percepit, reapse nullo morbo corruptum. Ad Philetam p. 68 sqq. demonstratum est Philetam praeter carmina etiam edidisse *ἀτάκτους γλώσσας*, ad quas procul dubio redit summa versus 78. Quae quum ita sint, verba ipsa in hunc ordinem redigenda: *Φιλητᾶν, μολπάζοντα Βιττίδα θοὴν, περιρυόμενον ῥήματα καὶ πᾶσαν λαλιήν.* i. e. *Philetam, qui cecinit Bittidem, undique fovit* (i. e. accurate diligenterque tractavit pro argumentorum ratione undique collatis locis) *omnia verba omnemque sermonem.* Verbum *ῥύεσθαι*, quod proprie est *attrahere*, apud Homerum iam accepisse significationem *tuendi*, *servandi* (*τοῦ σώζειν*) sive *fovendi* Buttmannus exposuit in Lexil. I p. 62 sqq. Et sicut viri fortes conservant patriam, ita Philologi omnis orationis custodes ac vindices habendi sunt.

Vs. 79 sqq. Transit poeta ac describendos *philosophos* et *sophistas*, eosque omnes Cupidinis numini subiectos.

οὐδὲ μὲν οὐδ', hanc MStorum lectionem Blomfieldius in Museo crit. Cantabrig. Vol. 1 p. 54 et in Diario class. VII p. 239 corrigendam esse censet *οὐ μὴν οὐδ'*, ut supra vs. 15. Sed immerito offendit particula *μέν*, cui desit, quae ipsi respondeat, particula *δέ*. v. Hoogeveen. de Particulis T. I p. 648. — Porsonus Adversar. p. 138 pro *ἑστήσαντο* scribendum proposuit *ἐκτήσαντο*: sed omnis emendatio inanis, si, quam libri exhibent, lectio nihil in se continet inepti. Vere Ilgenius docuit *ἵστασθαι βίον* esse *vitam instituere*, ut *ἱστάναι χόρον* Aristoph. 262 (271). Sensus: *Quicunque vitae rationem instituerunt miseram, duram, rigidam.* Similiter in Aristoph. Nub. 101. Socratici dicuntur *μεριμνοφροντισταί*. cf. Gu. Süvern über Aristophanes Wolken p. 9.

ἀνθρώπων, σχολιὴν μαιόμενοι σοφίην,
οὓς αὐτὴ περὶ πικρὰ λόγοις ἐσφίγξατο μῆτις
καὶ δεινὴ μύθων κῆδος ἔχουσ' ἀρετή,

Vs. 80. *σχολιὴν μαιόμενοι σοφίην.* Heinrichius *σχολιὴν σοφίην* h. l. defendi non posse autumat, quamobrem scribit *σχοτίην*. Etymol. M. p. 718, 29. *Σκολιός, παρὰ τὸ σκάζω τὸ χωλαίνω, ὁ μὴ εὐθεῖαν ὁδὸν πορευόμενος, ἀλλὰ διεστραμμένην.* Itaque proprie dicitur de *via transversa* et opponitur *ὁδῷ ἰθείᾳ*. Deinde transfertur ad alias res, quae *oblique* i. e. *perverse* vel *prave* tractantur. Homer. Il. π, 387.

οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας.

Ubi Schol. D. *σκολιὰς: ἀδίκους, ἀπὸ τοῦ εὐθέος καὶ ὀρθοῦ παρατετραμμένας ἐπὶ τὸ ἄδικον, ὅ ἐστι στρεβλάς.* Opposita est *ἰθεῖα*, sc. *θέμις* Il. ψ, 580. Hesiod. *Ἔργ.* 36. *ἰθείῃσι δίκῃσι, αἵ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.* cf. 217 sqq. *Σκολιὴν* igitur *σοφίην* dicit Hermesianax, quoniam omnis philosophia ipsi a vera vitae ratione homines abducere videbatur: etenim philosophiam sequitur Mimnermianam, poetae erotico maxime consentaneam, cui sine amore iocisque nil est iucundum: *Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης;* (fragm. 1.) Eandem sententiam expressit etiam Propertius III, 30, 23 (II, 25, 23)

Sed nunquam vitae fallet me ruga severae:
Omnes iam norunt, quam sit amare bonum.

ibid. vs. 27.

Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit, aut rerum dicere posse vias?

Ilgenius explicandi gratia provocaverat etiam Strabon. XIV p. 640. *σκολιὰ ἔργα*, a Winckelmanno (Operum Vol. III p. 20 sq.) inter ea artis monumenta relata, in quibus artifices a naturae simplicitate deflectentes duritiem quandam induxerint. Sed reponendum est aut *Σκόπα ἔργα*, auctore Tyrwhitto ad Strab. l. c. aut *Σκοπάδεια ἔργα*, auctore Gu. Uhdenio in Buttmanni et Wolfii Museo antiq. scient. Vol. II p. 367 sq. cf. Iacobs. in Boettigeri Amalthea II p. 237 sqq. III. Praef. p. X sq. Müllerl Aeginet. p. 110.

Doctrinae tortis invigilare viis,
Ipsaque ars misere rationibus strinxit acerbis
Atque gravis virtus verba diserta loqui;

Vs. 81. *αὐτὴ*, libri plerique, *αὐτοὶ* B. Ilgenius sententiam ita exponit: „*Quos ipsa prudentia acerbis rationum et praeceptorum vinculis constrinxerat.* *πικρὰ* est plur. neutr. pro adverbio, *amare*, h. e. *in magnam ipsorum, qui se sapienter iactabant, molestiam.* *περὶ* per tmesin ab *ἐσφίγξατο* divulsum.“ Porsonus Misc. Tracts p. 245. pro *πικρὰ* coniecit *πυκνὰ*, sine iusta caussa. Nec prudenter fecit Schweighaeuserus, quod vocem *αὐτὴ* suspectam habuit pro eaque proposuit *αὐθ' ἥ*. *αὐτὴ μῆτις*, *ipsa prudentia*, valet idem quod nostrum, *gerade ihr Tiefsinn.* Itaque philosophi describuntur ipsa, qua se maxime iactant, prudentia perturbati ac decepti. *Λόγους* autem bene accepit Schweigh. pro Sophistarum vel Dialecticorum *ratiocinationibus*, quae vulgo dicuntur *συλλογισμοί*.

Vs. 82. Delendum est comma extremo versu praecedenti, quia ad hunc versum item referendum est verbum *περιεσφίγξατο*. *κῆδος* A. *κῦδος* P. V. L. Immerito illud a Ruhnkenio damnatum est. Structura est haec: *δεινὴ ἀρετὴ κῆδος ἔχουσα μύθων*, i. e. *vehemens virtus, quae curam habet disputationum, quae maxime versatur in disputationibus.* *Μῦθοι* enim plurali numero sunt *colloquia* sive *disputationes*, sensu philosophorum. Homer. Od. γ, 214 sq.

— — — *μῦθοι δὲ καὶ ἠῶθεν περ ἔσονται*
Τηλεμάχῳ καὶ ἐμοί, διατρίμεν ἀλλήλοισιν. cf. 239.

ψ, 301. *τερπέσθην μύθοισι, πρὸς ἀλλήλους ἐνίποντο.*

cf. λ, 379. Respicit autem Hermesianax Sophistarum altercationes, de quibus Aristophanes Nub. 98.

οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ,
λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα.

cf. Süvern. über Aristoph. Wolken. p. 12 sqq. Nec, quid significet h. l. *ἀρετή*, recte perspexisse videntur interpretes, quippe qui eam ad *virtutem* referre soleant, quam philosophi summum bonum statuunt, imprimis

οὐδ' οἷδ' αἰνὸν Ἔρωτος ἀπεστρέψαντο κυδοιμὸν
φαινομένου, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.
οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς

Ilgenius, qui opinetur, *virtutis studio, quod in magnis philosophis laudare et magni facere soleremus, laudis etiam studium et gloriae immiscere.* Huic explicationi ne δεινὴ quidem epitheton convenit. Graecorum ἀρετὴ et Latinorum *virtus* denotant etiam *vim* ac *facultatem*, quam quis possidet; eaque δεινὴ appellatur ob magnam in persuadendo facilitatem ac dexteritatem; *vis*, cui nemo fere obsistit, quae omnium animos attrahit atque convincit.

Vs. 83. οἶδεν ὃν A. B, οἱ δὲ τὸν P. οἳ δεινὸν V. Ruhnkenius postremam lectionem recepit. Sed melius Westonius, assentiente etiam Porsono Tracts p. 40, reposuit οὐδ' οἷδ' αἰνὸν, unica littera *B* mutata in *AI*, quae quidem permutatio enuntiationi minus distinctae probabiliter debetur. Ita primum bene se habet οἷδ', quod respicit ad philosophos, tum declinatur adiectivum δεινός, tribus versibus continuis ter repetitum. ἀπεστρέψαντο A. B. ἀπετρέψαντο P. V. L. —

De hoc κυδοιμῷ celebratissimus est locus Horatii Carm. III, 26 init.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militavi non sine gloria:
Nunc arma defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit, cett.

Tibullus II, 3, 63 sq.

Hic iuvenum series teneris immixta puellis
Ludit, et assiduus proelia miscet Amor.

Propert. V (IV), 1, 137 sq.

Militiam Veneris blandis patiere sub armis,
Et Veneris pueris utilis hostis eris.

Vs. 84. Bene Heinrichius sensit φαινόμενον, quod vulgo editur, ineptissimum esse; quod tamen ipse restituit, μαινόμενον, nobis quidem improbandum videtur, propterea quod κυδοιμός iam habet epitheton αἰνός.

Hi quoque non aestus turbasque Cupidinis arcent
Minantis, saevum colla premitque iugum.
Qualis devinxit Samium furor ille Theanus

Imbecilliorem medicinam adhibenti reponendum est *φανομένοϒ*, quod referatur ad *Ἔρωτος*, i. e. *Amoris apparentis* sive *advenientis*. Eadem aut similis emendatio Webero obversata esse videtur interpretanti: *wann im kriegerisch tobenden Aufzug Eros erschien.*

δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡν. Heinrichius pro *δεινὸν* hic mavult *κεῖνον*: sed epitheton *δεινός* hic maxime requiritur ad *ἡνίοχον*, qualis sit, accuratius designandum: nimirum tam dirus describitur *auriga*, ut ne philosophis quidem pepercerit. Eandem fere sententiam expressit Propertius I, 1, 1 sqq.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus
Et caput impositis pressit Amor pedibus.

Meleager 37, Brunck. Anal. I p. 13.

τὸν θρασὺν εἶλον ἐγώ· τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
σκηπτροφόρου σοφίας ἡνίδε ποσσὶ πατῶ.
τῷ δ', ὅσον ἀμπνείσας, τόδ' ἔφην· Φίλε κοῦρε, τί θάμβος;
καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.

Amorem ἡνίοχον iam sibi cogitavit Anacreon ap. Eustath. ad Iliad. p. 1442, 47. *τὸ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις.* Meleager 3 p. 3. *ἄρσενα δ' αὐτὸς Ἔρως ἵμερον ἁνιοχεῖ.* Plura exempla congessit Iacobs. Animadv. in Euripid. p. 308. ad Anth. Gr. I, 1 p. 17.

Vs. 85. Bentleius in Commentatione de Phalaridis Epist. p. 37 ed. Lennep. „Videmus hic [apud Hermesianactem], adeo eum [Pythagoram] flagrasse amore *Theanus*, dominae suae, ut *furorem* dixerit poeta. Quod certe in quinquagenarium magis, quam septuagenarium, quum septennium in spelunca latitasset, convenit. Nec enim uxorem ei fuisse, nisi postea, ex hoc apparet, quod vetula, mater eaque sola conscia fuit consilii eius."

Πυθαγόρην, ἑλίκων καμψὰ γεωμετρίης
εὑρόμενον, καὶ κύκλον, ὅσον περιβάλλεται αἰθήρ,
βαιῇ ἐνὶ σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσόμενον.
οἵῳ δ' ἐχλίηνεν ὃν ἔξοχον ἔχρη Ἀπόλλων

Vs. 86. *ἑλίκων καμψὰ γεωμετρίης.* Omnes libri exhibent *κΟμψὰ*, qua voce Ilgenius *lineas* appellatas esse putat *venustas*, quo indicet poeta splendidas eas esse nugas, tanto studio atque animi intentione, quam requirerent, indignas, ut ap. Platon. in Gorg. p. 297. cf. Ruhnken. ad Tim. Gloss. Plat. p. 117 sq. Schweighaeuserus subaudit *θεωρήματα*, *pulcram scientiam*. Verum indagasse videtur Heinrichii sagax ingenium, quippe qui *ἑλίκων κομψά*, Graeco idiomate dictum pro *ἑλίκας κομψούς*, hoc ipsum se non intelligere fateatur ideoque legat *κΑμψά*. „*ἑλίκων καμψὰ*, inquit, *flexus curvos, spiras*. Intelliguntur lineae flexuosae in arte geometrica, quarum rationes primus invenit Pythagoras."

Vs. 87. *εὑρόμενον* A. B. P. V. quae quidem lectio cur cedat Casaubonianae *εὑράμενον*, iustae rationes desiderantur. Immo invertenda est res: versu 94, ubi omnes libri *εὑράμενος*, corrigendum est *εὑρόμενος*. Namque Eustathius ad Iliad. σ p. 1195, 49 ed. Basil. prorsus exterminandam esse iudicat formam Aoristi primi *εὕρασθαι· τὸ δὲ ἀρέσθαι, μέσος δεύτερος ἀόριστός ἐστιν, ὅμοιος τῷ εὑρέσθαι. ἀλλὰ τούτου μὲν ἔχει πολλὴν χρῆσιν ὁ πρῶτος ἀόριστος, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἠράμεθα μέγα κῦδος. τοῦ δὲ εὑρέσθαι οὐχ οὕτως· μόνον γὰρ χρηστὸν τὸ εὑρόμην παρὰ Σοφοκλεῖ.* cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 139 sq.

καὶ κύκλον, ὅσον κ.τ.λ. Construe: *καὶ Πυθαγόρην, ἀποτασσόμενον ἐν βαιῇ σφαίρῃ πάντα κύκλον, ὅσον αἰθὴρ περιβάλλεται.* i. e. *Pythagoras, qui in exiguo globo omnem orbem disposuit, quantum cingit aether.* Sensus: Pythagoras orbem sive siderum motum, ab aethere cinctum (ita quidem, ut terra in medio posita fuerit), in exiguo globo repraesentavit. Quod placitum vulgo tribuitur Anaximandro, Pythagorae ferme aequali. v. Bruckeri Hist. crit. philos. T. I p. 480. Idem de Archimede Cicero Tusc. I, 25, 6. *Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaera illigavit.* — Notanda est loquutio: *αἰθὴρ περιβάλλεται κύκλον.* nam aethere veteres sibi cogitarunt mundum tanquam vallari,

Pythagoram, spirae flexa geometricae
Qui invenit, quantumque aether complectitur orbem
In sphaera totum finxerat exigua.
Qua tepuit, quod terrigenis praedixit Apollo

---

unde Lucretius I, 74. *flammantia moenia mundi.* Cui loco illustrando Wakefieldius laudavit Manilium I, 149.

Ignis in aetherias volucris se sustulit oras,
Summaque complexus stellantia culmina coeli,
Flammarum vallo naturae moenia fecit.

Vs. 88. *βίης ἐν* A. B. P. *βαιῇ τ' ἐν* V. L. Schweighaeuserus in Cod. praeterquam quod pro *αι* perperam nudum *ι* ponatur, iota (ut frequenter alias) ad latus vocalis *η* ponendum in *ς* litteram temere detortum esse arbitratur; idemque particulam *τε*, quae in editionibus apparet, nisus auctoritate Codicis, iure meritoque delevit, quum ipsius sententiae leges id requirant. Dindorfius dedit *βαιῇ ἐνὶ*, cui astipulati sumus. Hemsterhusius, approbante Wyttenbachio, pro librorum lectione *ἀπὸ τ ασσόμενον* maluisse *ἀπο μ ασσόμενον* (quod nominatim dicitur de sigillis cera expressis) Ruhnkenius memoriae prodidit: scite id quidem omnique sententiae convenienter, nescio tamen an minus vere. Iam Heinrichius verbum *ἀποτάσσεσθαι* Latine expressit *ordinare, disponere*, recte, nisi quod *πάντ'* non rettulit ad *κύκλον*, sed pro Accusativo plural. accepit, *omnia*. Itaque non videmus, quid insulsitatis insit in hac sententia: *Pythagoras universum mundum in exiguo globo disposuit*, i. e. *omnia mundi corpora* (solem, lunam, stellas) *in sphaera quadam ita descripsit, ut pro iusta ratione in suo quodque loco collocaretur.*

Vs. 89 sq. *ἐχλειημένον ἔξοχον ἐχρῆν πολλῶν δ' ἀνθρώπων εἶναι* A. B. *ἐχλειημένον ἐχρῆν* (sequitur lacunae indicium) *εἶναι πολλῶν δ' ἀνθρώπων* P. V. L. Adr. Heringa Obs. p. 281 coniecit:

οἷῳ δ' χλίηνεν, ὃν ἔξοχον ἐχρῆν εἶναι
πολλῶν ἀνθρώπων κ. τ. λ.

90. *ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ*
Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει, ἐκ δὲ βαθείης

„οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, inquit, sunt *vulgus hominum*: ita et Phoenix Colophonius apud Athen. L. XI p. 495 D.

Θαλῆς γὰρ, ὅστις ἀστέων ὀνήιστος,
καὶ τῶν τότ', ὡς λέγουσι πολλῶν ἀνθρώπων
ἐὼν ἄριστος, ἔλαβε πελλίδα χρυσῆν.

alias simpliciter dicere amant *οἱ πολλοί.*" Sed deest articulus ap. Hermesianactem, quod multum differre hodie inter omnes constat, et apud Phoenicem auctore Toupio Emendd. Vol. II p. 42 legendum *πολλὸν ἀνθρώπων*, ut Ananius ap. Athen. IX p. 370 B. *καὶ σὲ πολλὸν ἀνθρώπων ἐγὼ φιλέω μάλιστα.* — ita scriptum in Cod. A. Ruhnkenius Heringae astipulatus vocum *ἐχρῆν* et *ἔξοχον* sedes permutavit, ut versus lenius caderet. Idem Criticus verbum *εἶναι* in Cod. Ven. (A.) ex suo loco migrasse putat; sed quaeritur, an non vice versa Codex id in iusta sede collocaverit, praesertim quum in editionibus post verbum *ἐχρῆν*, stigmata quaedam sint expressa. Itaque ante omnia videndum est, quid ex Codicum lectione liceat expedire. In confinio hexametri et pentametri, quales vulgo leguntur, elementa *ΕΧΡΗΝ ΠΟΛΛΩΝ* quam facile permutari potuerint cum his *ΕΧΡΗΑΠΟΛΛΩΝ*, nemo est, qui infitias eat: ad quam quidem emendationem imprimis perducit verbum *χρᾶν, oracula edere, vaticinari.* Iam vero Socrates ipse in Platonis Apologia p. 21 A. Chaerephontem ait Delphis consuluisse deum, *εἴ τις Σωκράτους εἴη σοφώτερος; ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι.* Idem in Xenoph. Apolog. 1, 14. *Χαιρεφῶντος γάρ ποτε ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμοῦ, πολλῶν παρόντων, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μήτε σωφρονέστερον, μήτε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε σοφώτερον.* cf. Süvern. üb. Aristoph. Wolken p. 73. Quae quum ita sint, partim recepta etiam Heringae emendatione, singula verba ita disponenda videntur:

οἵῃ δ' ἔφλιηνεν ἓν ἔξοχον ἔχρη Ἀπόλλων
ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ
Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει.

Prae ceteris sapiens, Socratis ingenium
Flamma, quando irata Cypris; namque ille profunda

ἐχλίηνεν scribendum est sine iota subscripto. Construe: *γιγνώσκεις, οἵῳ* (sc. τρόπῳ) *Κύπρις μηνίουσα ἐχλίηνε μένει πυρὸς Σωκράτη, ὃν Ἀπόλλων ἔχρη ἐν σοφίῃ ἔξοχον εἶναι ἀνθρώπων.* i. e. *Tu quidem scis, quomodo Venus irata ignis* (sive *vehementissimi amoris*) *vi liquefecerit Socratem, quem Apollo vaticinatus est in sapientia excellere ceteris hominibus.*

Quae quum iam scripsissem, ecce ferlis pentecostalibus anni 1827 Vratislaviam Bibliothecas extricandi gratia profecto oblata est mihi R. Porsoni coniectura, quam ipse condidit in fundamentis a Wyttenbachio constitutis. Nimirum ille in Tracts p. 41 sq. „Corruptissimus locus, et qui sensu et rhythmo omnino vacat. Prima egregie emendavit A. Heringa, *Οἵῳ δ' ἐχλίηνεν, ὃν —*, quod cum Cl. Westonius se vix capere fateatur, iudicium eius desidero. Ut antea, *Οἵη μανίη κατέδησε*, sic nunc, *Οἵῳ ἐχλίηνε πυρὸς μένει*. Planissimus vero sensus: *Quam violento igne Socratem Venus irata calefecit.* Sed interiecta adhuc medicinam implorant. Rescribendum ex verissima Wyttenbachii emendatione, *Οἵῳ δ' ἐχλίηνεν, ὃν ἔξοχον ἔχρη Ἀπόλλων Ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ, Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει.* Paullo quidem aliter (si rite audita recordor) verba constituerat Wyttenbachius, ita nempe: *ἔξ. εἶναι Ἀπόλλων Ἔχρησ' ἀνθρώπων* — Sed alterum ordinem praetuli primum ob numerorum facilitatem, deinde ordo, quem ille sequitur, in nullo, quantum sciamus, MS. comparet; alter vero in Codice Veneto, teste Ruhnkenio; postremo cum verbum *ἔχρη* paullo rarius sit, eo proclivius erat librariis vulgatiorem formam supponere. Sophocles Electr. 35. *ΧΡΗ μοι τοιαῦθ' ὁ ΦΟΙΒΟΣ, ὧν πεύσει τάχα.* Oed. Col. 87. *ΦΟΙΒΩΙ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες, Ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ΕΞΕΧΡΗ κακὰ, Ταύτην ἔλεξε παῦλαν.* Apollon. Rhod. I, 301. *Ἐπεὶ μάλα δεξιὰ ΦΟΙΒΟΣ ΕΧΡΗ.*" cf. Kidd. ad Dawesii Miscellanea critica ed. IV p. 290 sqq.

Vs. 90. *Σωκράτη*] *σωκράτει* P. *σοφίῃ*] *σοφῇ* B.

Vs. 91. *ἐκ δὲ βαθείης κ. τ. λ.* Ex praecedentibus supplendum est *οἵῳ*, ita ut haec etiam verba, quorum sub-

ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,
οἰκεῖ' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος, οὐδέ τι τέκμαρ
εὗρε, λόγῳ πολλὰς εὑρόμενος διόδους.

---

iectum est *Socrates*, dependeant a verbo γεγνώσκεις subaudiendo. Itaque post vocem μένει comma ponendum est, non colon, ut vulgo.

Vs. 92. κουφοτέρας A. B. κουροτέρας P. V. L. Praeferendam esse priorem lectionem Ruhnkenius docet exemplis Theocriti Idyll. XVII, 51 sq.

Πᾶσιν δ' ἤπιος ἆδε βροτοῖς μαλακὼς μὲν ἔρωτας
προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθίοντι μερίμνας.

et Propertii III, 2, 8 sq. (II, 9, 8)

Hic primum vidit sine sensu vivere amantes
Et levibus curis magna perire bona.

Deinde plurimi libri exhibent ἐξεπόνησ', B. ἐξεπόνησαν, Ruhnkenius coniecit ἐξεφόρησ'. Ilgenius et Heinrichius emendare voluerunt ἐξεσόβησ', ut apud Paulum Silent. c. 34. Brunck. Anal. III p. 81.

ἐγὼ ξανθίσματι χαίτης
ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον.

cf. Anacreont. XXXIII, 18 sq. Sed iam evadit sententia ipsius Hermesianactis sententiae prorsus contraria: *Ex altis animi recessibus leviores abegit curas, dum Aspasiae frequentaret Lares.* Etenim βαθεῖα ψυχή est *Socratis philosophantis*, κουφότεραι ἀνίαι eiusdem *amantis* vel *iocantis.* Atque totius sententiae tenor flagitat, ut Socrates, qui vulgo philosophiae (haec enim proficiscitur ἐκ βαθείης ψυχῆς) operam dat, interdum lusui et amori indulgens proponatur. Idem sensisse videtur Iacobsius, ad Anth. Gr. III, 1 p. 149 coniiciens:

ΟΥΔΕ βαθείης
ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας.

i. e. *Neque Socrates mentem, licet sapientiae plenam, a lenioribus illis, quae amantes exagitant, curis liberare potuit.* cf. id. in Wielandii Museo Att. II p. 267. Heinrichius insuper in parenthesi ponenda esse putat verba ἐκ δὲ βαθείης — ἀνίας, *ut irae Veneris caussam exponant.* Quod quam incaute molitus sit, docet Nominativus, qui sequitur, πωλεύμενος, ad Socratem referendus, ab illo tamen, ne inepta prodiret sententia, Ac-

Eniti curas solet e mente leves,
Petens Aspasiam, neque iam patet exitus illi
Qui multas menti repperit ante vias.

---

cusativo *πολεύμενον* commutatus. Ex his angustiis tutissimum effugium patere videtur ad librorum lectionem, si forte eam liceat explicare. Atque verbum *ἐκπονεῖν* respondet Latino *elaborare, eniti*, nostro *herausarbeiten*. Horat. Carm. III, 1, 19. *non Siculae dapes Dulcem elaborabunt saporem*. Socrates autem tantus fuit philosophus, ut plerumque versaretur *ἐν βαθείῃ ψυχῇ*, unde putandus est emersisse subinde ad *κουφοτέρας ἀνίας*, quoties Aspasiam visebat. Sicut enim mulier praegnans summa virium intentione ex utero enititur (*ἐκπονεῖ*) fetum, ita eandem fere ingenii intentionem adhibuisse cogitandus est Socrates, quum ex alto animo tanquam eniteretur ad ludos amatorios. Unde Weberus: *daſs aus der tiefen Seel' er zum Lichte des Tags leichtere Sorgen entband.* — Ceterum de vocis *ἀνίας* mensura v. Porson. ad Euripidis Phoeniss. 1334.

Vs. 93. De *Aspasia* philosophorum, Socratis praecipue, fautrice vide Iacobsium in Wielandii Museo Att. III p. 207 sqq. Vermischte Schriften II p. 347 sq.

οὐδέ τι τέκμαρ εὗρε, Propert. III, 6 (II, 12), 29.

Errat, qui finem vesani quaerit amoris:
Verus amor nullum novit habere modum.

Vs. 94. Libri omnes *λόγῳ*, cuius loco Heringa p. 281 scripsit *λόγων*. Sed non opus est hac coniectura, quum, Ilgenio potissimum doctore, vulgata lectio *λόγῳ* eodem tendat, quo *λόγων*, modo pro dativo commodi, quem dicunt, non pro dativo instrumenti capiatur. Est igitur sensus totius loci: *Socrates, qui singulari animi contentione ad lusus et amores descendere soleat, ubi semel amori se tradidit, finem amoris non invenit, licet sermonis multos nouerit exitus.* Postrema verba spectant ad Socratis virtutes dialecticas.

εὑρόμενος, libri autem omnes *εὑρώμενος*. vide ad vs. 87.

95 ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἶσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ
δεινὸν, ὅ τ' ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο
ὀξὺς Ἀρίστιππος, πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας

Vs. 95. *Κυρηναῖον δ'* V. L. Particulam *δ'* omittunt A. B. P.

Vs. 96. Pro librorum lectione *δεινὸN* Ruhnkenius dedit *δεινὸΣ*. At quoniam facile explicari potest lectio *δεινόν*, nemo desiderat emendationem: copulandum est enim *δεινὸν ἔσπασεν, acriter, vehementer traxit*, ut sexcenties apud Homerum *δεινὸν ἀϋτεῖν, βροντᾶν, δέρκεσθαι, καπταίνειν κ. τ. λ.* Ruhnkenius adiectivum *ἀπιδανῆς* primum mutavit in *εὐπιθανῆς*. Deinde post *ἠράσατο* maiorem distinctionem ponendam esse censet. Sed quid in tali distinctione medio versu 97 sibi vellet particula *δέ*, explicandum erat ante omnia: quae quidem minorem flagitat interpunctionem ante vocem *πάσας*, ita ut signum a Ruhnkenio commendatum prorsus extinguatur necesse sit. Iam Schweighaeuserus pro vulg. *ὅτ'* recte scripsit *ὅ τ'*, i. e. *καὶ ὁ*, articulus, qui transferatur ad *ὀξὺς Ἀρίστιππος*. Eodemque iure animadvertit in Ruhnkenium, a vocabulo *πιθανός* formari quidem compositum *ἀπίθανος*, alterum vero compositum *εὐπίθανος* admiseritne Graeci sermonis usus, se dubitare; pro quo *εὐπειθής* putat in usu unice fuisse. *Sin altera forma*, inquit, *uti licuisse statuas Hermesianacti, saltem εὐπιθάνου dicere debebat, aut certe εὐπιθάνης, penacute. At non adeo facilem Aristippo se praebuisse Laidem accepimus; cuius amplexus ingenti pretio emisse philosophum supra docuit Athenaeus noster p. 588 e. et ab illa non fuisse amatum Plutarchus tradit in Amatorio, Opp. T. II p. 570 d. [cap. 4]. Quare, si minus placet Ἀπιδανὴν pro gentili nomine accipi, οὐ πιθανῆς potius, quam εὐπιθανῆς, corrigendum equidem censuerim.* — Heinrichius coniecit: — *ὅταν πινυτῆς Λαΐδος ἠράσατο*, ut ap. Theocrit. XXVII, 1.

τὰν πινυτὰν Ἑλένην Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος.

Ilgenius, diversa molitus, extremo acquisivit in Stephani explicatione, quam copiosius persequitur. At

Intra Isthmum furor hic rapuit te, nate Cyrenis:
Tantum crudelem Laïda deperiit
Acer Aristippus, vitatque omnes sapientum

---

nescio, an lectio vulgaris, modo ex linguae Graecae legibus illustretur, bene se habeat omnique sententiae conveniat. Nullus quidem alius scriptoris praesto est locus, quo legatur forma adiectiva *ἀπιδανός*, sed hoc non unicum est *ἅπαξ εἰρημένον* in litteris Graecis. Quum autem *ἰδανός* significet *formosus*, *ἀπιδανός* est id, quod formositati adversatur, a formositate alienum, quamvis non sit id ipsum, quod Latinum *deformis*. Iam *Lais* appellatur *ἀπιδανή*, quoniam, licet formosissima, mores tamen habuit ex Graecorum notione prorsus alienos ab *ἑταίρᾳ* formosa. Id maxime apparet ex Platonis Philos. Epigr. 7. Brunck. Anal. I p. 170.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τῶν
ἐμὸν ἐπὶ προθύροις Λαΐδος ἔχουσα νέων, κ. τ. λ.

quem imitatus est Propertius II, 6, 1 sq.

Non ita conplebant Ephyreae Laidos aedes,
Ad cuius iacuit Graecia tota fores.

Qualis ipsi Aristippo se praebuerit meretrix, discere licet ab Athenaeo XIII p. 588 F. ubi servus quidam Aristippo exprobrans: *Σὺ μὲν αὐτῇ*, inquit, *τοσαῦτον ἀργύριον δίδως, ἡ δὲ προῖκα Διογένει τῷ κυνὶ συγκυλίεται.* Idemque apud Plutarch. Amator. 4. *τῷ κατηγοροῦντι Λαΐδος πρὸς αὐτὸν ὡς οὐ φιλούσης, ἀποκρινάμενος, ὅτι καὶ τὸν οἶκον οἴεται καὶ τὸν ἰχθὺν μὴ φιλεῖν αὐτόν, ἀλλ' ἡδέως ἑκατέρῳ χρῆται.* De *Laide* maiore (eadem, quae h. l.) et minore vide Iacobs. in Museo Attico III p. 178 sqq. Itaque epitheto *ἀπιδανός* formosae meretricis superbia ac pertinacia denotari videtur.

Vs. 97. *ἠνήνατο* A. B. *ἠνήσατο* P. V. L. Particulam *δ'* abesse mavult Ruhnkenius. Recte, si vera esset eius coniectura ad vs. 96 proposita.

φεύγων, οὐδ' ἀπέχων ἐξ Ἐφύρης βίῳ.

Vs. 98. Libri omnes: οὐδαμένον ἐξεφόρησε βίῳ. Locus sane monstrosus. Westonius coniecit: οὐδὲ μὲν ὅν τ' ἐξεφόρησε βίον. Adamus referente Villebrunio

φεύγων δ' οὐδένα μὴν ἐξεφόρησε βίον.

ubi Schweighaeuserus: „Quae verba simul cum praecedente versu his Gallicis reddidit Villebrunius: *Ce génie subtile qui s'amusoit de tout, abandonna sa patrie sans méme emporter avec lui de quoi vivre.* Qua de interpretatione nihil aliud dicam, nisi valde me dubitare, istam sententiam Adamum, virum doctum minimeque absurdum, in animo habuisse. Lubens equidem ab omni coniectura abstinuerim; sed quum in Latina versione aliquid tamen fuerit ponendum, ita interpretatus sum, quasi scriptum esset,

— οὐδαμενὴν ἐξεφόρησε βίον.

οὐδαμενὴν cum Hesychio οὐδενὸς λόγου ἄξιον interpretans: ἐκφορεῖν βίον vero intelligens *edere* (i. e. *agere*) *vitam:* qua fere ratione δεῖγμα ἐκφέρειν, *specimen edere*, Demosthenes et Polybius dixerunt." In eandem sententiam interpretatus est Ilgenius, nisi quod pro οὐδαμενὴν ἐξ — dedit οὐδαμενόν τ' ἐξ — . Sed horum nihil probandum. Omnis loci corruptela haud dubie profecta est sive ex perversa enuntiatione hominis cuiusdam in alterius calamum dictantis, sive ex scribentis tardo aurium iudicio, postremo ex librariorum temeritate ac levitate. Quid multa? Ex elementis:

ΟΥΔΑΜΕΝΟΝ ΕΞΕΦΟΡΗΣΕ ΕΒΙΩ

quis amplius haesitabit elicere haecce?

ΟΥΔ ΑΠΕΧΩΝ ΕΞ ΕΦΥΡΗΣ ΕΒΙΩ.

Ἔφύρη antiquissimum est nomen Corinthi. Homer. Il. ζ, 152 sq.

ἔστι πόλις Ἐφύρη, μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο,
ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν —

ubi Schol. A. Ἐφύρην τὴν Κόρινθον ἐξ ἡρωικοῦ προσώπου εἶπεν. ἔστι δὲ καί τις Θεσπρωτίας Ἔφυρα πόλις. Plin. H. N. IV, 5. *Medio hoc intervallo, quod Isthmon appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, an-*

Sermones, neque dein liquit amoenam
Ephyren.

---

tea Ephyra dicta. cf. Strabo VIII p. 338. Apollodor. I, 9, 3. Heyne p. 190. Stephan. Byz. v. Ἔφυρα. Eustath. ad Il. β, 570. Iam *Lais* a Propertio II, 6, 1. appellatur *Ephyrea.* Agathias Ep. 80. Brunck. Anal. III p. 63.

Ἔρπων εἰς Ἐφύρην τάφον ἔδρακον ἀμφὶ κέλευθον
Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.

Pausan. II, 2, 4. πρὸ δὲ τῆς πόλεως [Κορίνθου] — ἐστὶ τάφος Λαΐδος, ᾧ δὴ λέαινα ἐπίθημά ἐστι κριὸν ἔχουσα ἐν τοῖς προτέροις ποσίν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἐν Θεσσαλίᾳ Λαΐδος φάμενον μνῆμα εἶναι. (id profectum est ex errore diversas eiusdem nominis meretrices confundentium. v. Mus. Att. III p. 187 sqq.) παρεγένετο γὰρ καὶ ἐς Θεσσαλίαν ἐρασθεῖσα Ἱπποκράτου. τὸ δὲ ἐξαρχῆς ἐξ Ὑκκάρων ὠὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ λέγεται παῖδα οὖσαν ὑπὸ Νικίου καὶ Ἀθηναίων ἁλῶναι· προαθεῖσαν δὲ ἐς Κόρινθον ὑπερβαλέσθαι κάλλει τὰς τότε ἑταίρας, θαυμασθῆναί τε οὕτω παρὰ Κορινθίοις, ὡς ἀμφισβητεῖν σφᾶς καὶ νῦν ἔτι Λαΐδος. cf. Athen. XIII p. 588 C. 589 A. Regrediamur ad Hermesianactis locum. οὐδ' ἀπέχων ἐξ Ἐφύρης ἐβίω. i. e. *neque Ephyra semotus vixit.* Tanto enim Laidis desiderio flagravit, ut nunquam ab ea separatus vivere posset. Iam quidem Athenaeus p. 588 E. Ἀρίστιππος δὲ κατὰ ἔτος συνδιημέρευσεν αὐτῇ [Λαΐδι] ἐν Αἰγίνῃ τοῖς Ποσειδωνίοις. Sed hoc nihil obstat: nimirum plerumque Corinthi vixisse videtur, Laidis domicilio, aut, quando Lais urbe relicta in alias Graeciae regiones evolavit, ipsius se praebuisse comitem. ἀπέχων ἐξ Ἐφύρης, simili phrasi ap. Xenoph. Cyrop. VII, 2, 18. ἐμοῦ — πρόσω Δελφῶν ἀπέχοντος. Strab. IX p. 594. Ἄσκρη — ἀπέχουσα τῶν Θεσπιῶν ὅσον τετταράκοντα σταδίους. Pausan. X, 17, 5. ἔστι νῆσος οὐ πολὺ ἀπέχουσα τῆς Σαρδοῦς. Alterum hemistichium postea eadem ratione, qua nobis in mentem venit, a Porsono quoque restitutum esse cognovimus in Tracts p. 246. — Porro mentionem faciamus coniecturae a Friedemanno propositae in libro de media syllaba pentam. p. 298. οὐδὲ μένων ἐξεφόρησε βίον, *nec manens vitam pertulit*, h. e. nec sine Laide vitam sibi esse puta-

vit vitalem; in quo tamen magis ei placet sententia, quam orationis forma. „Possis etiam, inquit, οὐδ' ἀνέμων ἐξεφοβεῖτο βίαν. Namque si, quae Diog. Laërt. II, 71 et Aelian. V. H. IX, 20 tradunt de Aristippi in Isthmum navigatione, recte ad hoc Laidis visendae gratia institutum iter referuntur, vehementissima maris tempestate correptus summum adiit vitae discrimen." — Riglerus denique scripsit ἡδυμανής τ' ἐξεφόρησε βίον, quod in Latinum sermonem convertit: *et agit tempora dulce furens.*

ΑΛΛΑ ΛΕΙΨΑΝΑ.

1.

Parthenii Erotic. c. 5.

Περὶ Λευκίππου.

Ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ *)

6 *Λεύκιππος δὲ, Ξανθίου παῖς, γένος τῶν ἀπὸ Βελ-*
λεροφόντου, διαφέρων ἰσχύϊ μάλιστα τῶν καθ' ἑαυτὸν,
ἤσκει τὰ πολεμικά. διὸ πολὺς ἦν λόγος περὶ αὐτοῦ παρά
τε Λυκίοις καὶ τοῖς προσεχέσι τούτοις, ἅτε δὴ ἀγομένοις
2 *καὶ πᾶν ὁτιοῦν δυσχερὲς πάσχουσιν. Οὗτος κατὰ μῆνιν*

FR. PASSOVII ANNOTATIO CRITICA.

1. *γένος τῶν ἀπὸ Βελλ.* frustra tentavit Legrand., *γένος ἐκ τῶν ἀ. B.* reponens. Inest quidem levis differentia, sed ad sensum nostri loci nulla: qui enim *γένος τῶν ἀπό τινος* vocatur, genere ex iis est, qui ab homine quodam descendunt, qui vero *γένος ἐκ τῶν ἀπό τινος*, ab iis, quos modo significavimus, origines repetere minus apte dicitur.

*) Codex Palatinus et ed. Cornar. inscriptionis compendium exhibent *Λεοντι*, quod ex Antonini Lib. Met. c. 39 corrigendum *Λεοντίῳ*. cf. G. I. Voss. de Hist. Gr. Oper, II p. 176.

Ἀφροδίτης εἰς ἔρωτα ἀφικόμενος τῆς ἀδελφῆς, τέως μὲν ἐκαρτέρει, οἰόμενος ῥᾷστα ἀπαλλάξασθαι τῆς νόσου· ἐπεὶ μέντοι χρόνου διαγενομένου οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἐλώφα τὸ πάθος, ἀνακοινοῦται τῇ μητρὶ καὶ πολλὰ καθικέτευε, μὴ περιδεῖν αὐτὸν ἀπολλύμενον· εἰ γὰρ αὐτῷ μὴ συνεργήσειεν, ἀποσφάξειν αὑτὸν ἠπείλει. τῆς δὲ παραχρῆμα τὴν ἐπιθυμίαν φαμένης τελέσειν, ῥᾴων ἤδη γέγονεν· ἀνακαλεσαμένη δὲ τὴν κόρην συγκατακλίνει τἀδελφῷ, κἀκ τούτου συνῆσαν οὐ μάλα τινὰ δεδοικότες, ἕως τις ἐξαγγέλλει τῷ κατηγγυημένῳ τὴν κόρην μνηστῆρι. Ὁ δὲ τόν 3
τε αὑτοῦ πατέρα παραλαβὼν καί τινας τῶν προσηκόντων, πρόσεισι τῷ Ξανθίῳ καὶ τὴν πρᾶξιν καταμηνύει, μὴ δηλῶν τοὔνομα τοῦ Λευκίππου. Ξάνθιος δὲ δυσφορῶν ἐπὶ τοῖς προσηγγελμένοις πολλὴν σπουδὴν ἐτίθετο φωράσαι τὸν φθορέα, καὶ διεκελεύσατο τῷ μηνυτῇ, ὁπότε ἴδοι συνόντας, αὐτῷ δηλῶσαι· τοῦ δὲ ἑτοίμως ὑπακούσαντος

---

2. ἀπαλλάξασθαι ex cod. revocavi: editiones enim inde a Cornar. ἀπαλλάξεσθαι. Verbo scilicet οἴεσθαι non solum in Homericis carminibus, sed in Attico quoque sermone infinitivum aoristi iunctum inveniri, contra Thomae magistri dubitationes evicit Lobeck. ad Phryn. p. 751.

ἀνακοινοῦται, cod. et edd., Legrandius tamen propter sequens imperfectum καθικέτευε malebat ἀνεκοινοῦτο: sed apud ipsum Parthenium nihil frequentius hoc e praesenti in praeteritum transitu, VIII, 4. 5. XIII, 2. XVI. XVII. etc. e praeterito in praesens migrat XXXII, 2. XXXVI, 4.

φαμένης τελέσειν, cod. et Legrand. ex ingenio: φαμ. τελεῦτειν, Cornar. τελευτᾶν, Gal. τελευτεῖν, vocem inauditam procudens Abresch. anim. ad Aeschyl. T. I p. 396. ἐκπλήσσειν, Heynius.

3. τόν τε αὑτοῦ π. scripsi pro vulgato αὐτοῦ.

πρόσεισι, a Galeo ex coniectura datum agnoscit cod. πρόσεστι, Cornar.

ὑπακούσαντος, cod. idem quamquam dubitanter suspicatus erat Legrand. ἐπακούσαντος, edd.

καὶ αὐτίκα τὸν πρεσβύτην ἐπαγομένου τῷ θαλάμῳ, ἡ παῖς, ἀἰφνιδίου ψόφου γενηθέντος, ἔτο διὰ θυρῶν, οἰομένη λήσεσθαι τὸν ἐπιόντα· καὶ αὐτὴν ὁ πατὴρ ὑπολαβὼν εἶναι τὸν φθορέα πατάξας μαχαίρᾳ καταβάλλει. τῆς δὲ περιωδύνου γενομένης καὶ ἀνακραγούσης, ὁ Λεύκιππος ἐπαμύνων αὐτῇ καὶ διὰ τὸ ἐκπεπλῆχθαι μὴ προϊδόμενος ὅστις ἦν, κατακτείνει τὸν πατέρα. Δι' ἣν αἰτίαν ἀπολιπὼν τὴν οἰκίαν, Θετταλοῖς ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν εἰς Κρήτην ἠγήσατο, κἀκεῖθεν ἐξελαθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων εἰς τὴν Ἔφεσίαν ἀφίκετο, ἔνθα χωρίον ὤκησε τὸ Κρητιναῖον ἐπικληθέν. Τοῦ δὲ Λευκίππου τούτου λέγεται τὴν Μανδρολύτου θυγατέρα Λευκοφρύνην ἐρασθεῖσαν προδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις, ὧν ἐτύγχανεν ἡγούμενος ὁ Λεύκιππος, ἑλομένων αὐτὸν κατὰ θεοπρόπιον τῶν δεκατευθέντων ἐκ Φερῶν ὑπ' Ἀδμήτου.

2.

Pausanias VII, 17, 5.

Δυμαίοις δέ ἐστι μὲν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα ἐς τὰ μάλιστα ἀρχαῖον· ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν σφισι Δινδυμήνη

διὰ θυρῶν nulla necessitate cogente in διὰ τῶν θυρῶν mutavit Legrand. Haud aliter absque articulo Herodot. I, 9. II, 121, 5. Longus III, 6. Plutarch. in Mario, cap. 39. adde Iacobs. ad Ach. Tat. p. 565.

ἀνακραγούσης, recte Piers. ad Moerid. p. 65. cui nunc adstipulatur cod. Vid. etiam Lobeck. ad Phryn. p. 337. Vulgo barbare ἀνακρανγούσης.

προϊδόμενος correxi: vulgo προειδόμενος inepte: recte XV, 4. ἐπ' αὐτὴν ἰόντα προϊδομένη.

4. Δι' ἣν αἰτίαν κ. τ. λ. haec ita transposuit Legrand. δι' ἣν αἰτίαν, ἀπολιπὼν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι τὴν οἰκίαν, εἰς Κρήτην Θετταλοῖς ἠγήσατο, quae ratio nemini placebit. ὤκησε, cod. ᾤκισε, Gal. et Legrand. illud retinui: invenerat, non condiderat Leucippus urbem, novo nomine ab eo Cretinaeum vocatam, ἐπικληθέν.

5. Λευκοφρύην, cod. et edd. Λευκοφρύνην, Heynius temere. ἐκ Φερῶν, non ἐκ Φαρῶν, ut apud Galeum: Pharae ab Admeto alienae.

μητρὶ καὶ Ἄττῃ πεποιημένον. Ἄττης *) δὲ ὅστις ἦν, οὐδὲν οἷός τε ἦν ἀπόῤῥητον ἐς αὐτὸν ἐξευρεῖν· ἀλλὰ Ἑρμησιάνακτι μὲν τῷ τὰ ἐλεγεῖα γράψαντι πεποιημένα ἐστὶν, ὡς υἱός τε ἦν Καλαοῦ Φρυγὸς, καὶ ὡς οὐ τεκνοποιὸς ὑπὸ τῆς μητέρος τεχθείη. ἐπεὶ δὲ ἠὔξητο, μετῴκησεν ἐς Λυδίαν τῷ Ἑρμησιάνακτος λόγῳ, καὶ Λυδοῖς ὄργια ἐτέλει Μητρὸς, ἐς τοσοῦτο ἥκων παρ' αὐτῇ τιμῆς, ὡς Δία αὐτῇ νεμεσήσαντα ὗν ἐπὶ τὰ ἔργα ἐπιπέμψαι τῶν Λυδῶν. ἐνταῦθα ἄλλοι τε τῶν Λυδῶν καὶ αὐτὸς Ἄττης ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ὑός· καί τι ἑπόμενον τούτοις Γαλατῶν δρῶσιν οἱ Πεσινοῦντα ἔχοντες, ὑῶν οὐχ ἁπτόμενοι.

3.

Pausanias VIII, 12, 1.

Τοῦ τάφου δὲ τοῦ Ἐπαμινώνδα μάλιστά που σταδίου 8
μῆκος Διὸς ἀφέστηκεν ἱερὸν ἐπίκλησιν Χάρμωνος. Ἀρκάδων δ' ἐν τοῖς δρυμοῖς εἰσιν αἱ δρῦς διάφοροι· καὶ τὰς μὲν πλατυφύλλους αὐτῶν, τὰς δὲ φηγοὺς καλοῦσιν· αἱ τρίται δὲ ἀρσιὸν τὸν φλοιὸν καὶ οὕτω δὴ παρέχονται κοῦφον, ὥστε ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐν θαλάσσῃ ποιοῦνται σημεῖα ἀγκύραις καὶ δικτύοις. ταύτης τῆς δρυὸς τὸν φλοιὸν ἄλλοι τε Ἰώνων καὶ Ἑρμησιάναξ ὁ τὰ ἐλεγεῖα ποιήσας φελλὸν ὀνομάζουσιν.

4.

Pausanias IX, 35, 1.

Ἑρμησιάνακτι δὲ τῷ τὰ ἐλεγεῖα γράψαντι, τοσόνδε οὐ 9
κατὰ τὴν τῶν πρότερον δόξαν ἐστὶν αὐτῷ πεποιημένον, ὡς ἡ Πειθὼ Χαρίτων εἴη καὶ αὐτὴ μία.

5.

Pausanias VII, 18, 1.

Ὁπόσοι δὲ ἐς Ἡρακλέα καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πεποιήκασιν, 10
ἔστιν οὐκ ἐλάχιστά σφισιν δείγματα τοῦ λόγου Δεξαμενὸς ὁ ἐν Ὠλένῳ βασιλεὺς, καὶ ὅποίων Ἡρακλῆς παρ' αὐτῷ ξενίων

*) De diversis huius vocabuli formis, Ἄττις, Ἄττης, Ἄττυς cett. v. Hemsterhus. ad Lucian. T. II p. 283. IX p. 382. De argumento inspiciendus Creuzerus. Symb. II p. 37.

ἔτυχε. καὶ ὅτι μὲν ἦν πόλισμα μικρὸν ἐξ ἀρχῆς ἡ Ὤλενος, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ μοι καὶ ἐλεγεῖον ἐς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον.

6.

Parthenii Erotic. c. 22.

Περὶ Νανίδος.

Ἡ ἱστορία παρὰ Λικυμνίῳ τῷ Χίῳ μελοποιῷ καὶ Ἑρμησιάνακτι.

11 Ἔφασαν δέ τινες καὶ τὴν Σαρδίων ἀκρόπολιν ἀπὸ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἁλῶναι, προδούσης τῆς Κροίσου θυγατρὸς Νανίδος. ἐπειδὴ γὰρ ἐπολιόρκει Σάρδεις Κῦρος καὶ οὐδὲν αὐτῷ εἰς ἅλωσιν τῆς πόλεως προὔβαινεν, ἦν πολλῷ τε δέει ἦν, μὴ ἀθροισθὲν τὸ συμμαχικὸν αὐτῆς τῷ Κροίσῳ διαλύσειεν αὐτῷ τὴν στρατιὰν, τότε τὴν παρθένον ταύτην εἶχε λόγος περὶ προδοσίας συνθεμένην τῷ Κύρῳ, εἰ κατὰ νόμους Περσῶν ἕξει γύναῖκα αὐτὴν, κατὰ τὴν ἄκραν, μηδενὸς φυλάσσοντος δι' ὀχυράτητα τοῦ χωρίου, εἰσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους, συνεργῶν αὐτῇ καὶ ἄλλων τινῶν γενομένων· τὸν μέντοι Κῦρον μὴ ἐμπεδῶσθαι αὐτῇ τὴν ὑπόσχεσιν.

Aliter narrat Herodot. I, 84. Memoratu dignissimum est, quod apud Livium I, 11 eadem fabula narratur de Tarpeii filia, quae Sabinos in arcem accepisse fertur; ita ut ea quoque in iis collocanda sit narratiunculis, quibus Graeculi rem Romanam adulterare solebant. Vide A. Gu. Schlegelii Censuram, quam fecit de Niebuhrii hist. Rom. Annalibus Heidelbergensibus insertam a. 1816 p. 897 sqq.

μὴ ἀθρ. τὸ συμμ. αὐτῆς τῷ Κροίσῳ διαλύσειεν αὐτῷ τὴν στρατιάν, ne auxilia Sardium pro Croeso excita Cyro exercitum deiicerent. In his *διαλύσειεν* coniectura est Legrandii pro vulg. *διαλύσειν*; idem minus necessario *αὐτῷ* in *αὐτοῦ* mutavit, quod missum feci. Praeterea Heynius, infinitivo servato, exclusurus erat *αὐτῆς*, quam sententiam bene reprobavit Bastius. PASSOVIUS.

εἶχε λόγος, cod. et edd. ante Legrandium, qui unus *ἔχει λόγος* ex coni., sed citra necessitatem, v. Bast. IDEM.

εἰσδέχεσθαι, edd. *εἰσδέξασθαι*, coni. Legrand.

PHANOCLES.

PHANOCLES, poeta elegiacus, quo loco natus sit et quo tempore vixerit, incertum est. Tantum recte argumentatus esse videtur summus Ruhnkenius, poetam post Demosthenem floruisse, auctore potissimum Clemente Alexandrino (Strom. VI p. 750), qui Phanoclem ait Demosthenis sententiam, *Πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται*, hocce expressisse disticho:

Ἀλλά τοι Μοιράων νῆμ' ἄλλυτον, οὐδέ πη ἐστὶν
ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα.

Quanquam nescio an non vere iudicaverit Clemens Phanocli obversatam esse Demosthenis illam sententiam, quippe quae per omnem Graecorum vitam inde ab Homeri carminibus usque ad extrema tempora propagata esse videatur; hoc tamen pro comperto habeamus necesse est, Clementem sive ab aliis scriptoribus sive aliunde accepisse Phanoclem Demosthene natu minorem. Iam vero Phanoclem eadem ferme, qua Philetam, Hermesianactem, Callimachum aliosque poetas Alexandrinos, vixisse aetate satis probabile videbitur ei, qui Reliquiarum elegiacarum argumentum acrioribus ingenii luminibus consideraverit. [1]) Quod quidem

1) Frid. Schlegelius Operum IV p. 52 hancce enuntiavit sententiam: *Die schöne Einfachheit, welche dieses Bruchstück* (de Orphei erga Calain amore) *unterscheidet, scheint ihm Ansprüche auf ein verhältnifsmäfsig höheres Alterthum zu geben. Indessen kann die Zeit, wenn Phanokles lebte und blühte, nicht mit Genauigkeit bestimmt werden. Wenn es aber auch gar keine Winke darüber gäbe, so würde ihm doch schon der in dem Bruchstücke vom Orpheus sichtbare Hang, alte Sitten sinnreich durch alte seiner Absicht gemäfs ausgebildete und der Gegenwart angeschmiegte Sagen zu erklären, seine Stelle in der Periode der elegischen Kunst anweisen, wo die Dichter zugleich auch Gelehrte, Liebhaber und Kenner des schönen Alterthums waren, und wo die erotische Poesie, nicht zufrieden, die lieblichen Freuden der Gegenwart, die zarte Leidenschaft des Dichters selbst, durch eine gebildete Darstellung zu verewigen, auch die Vergangenheit nach ihrer eigenthümlichen Ansicht*

argumentum in rebus amatoriis versari tum ex ipsis, qui servati sunt, elegis, tum ex Plutarchi (Sympos. IV, 6, 3) conficitur loco, ubi Phanocles ipse appellatur ἐρωτικὸς ἀνήρ. Et sicut Hermesianactem pastores, poetas, philosophos aliosque homines illustres puellarum desiderio flagrantes cecinisse ostendimus, ita Phanocles puerorum amores inde ab antiquissimis temporibus fama maxime pervulgatos carminibus elegiacis celebrasse videtur. Quod quam recte concluserimus, primum ipsa docet carminum inscriptio, *ΕΡΩΤΕΣ ἢ ΚΑΛΟΙ*, a Clemente binis locis conservata. [2]) *Καλοὶ* autem dicti sunt pueri, quos amabant natu maiores; unde in vasis figlinis quoque, quae deliciis suis dedicabant amatores apud veteres Graecos, illud nomen subinde inscriptum apparet. *Ἔρωτες ἢ Καλοὶ* idem fere significant, quod *Ἔρωτες τῶν Καλῶν, puerorum amores*, quippe quos elegis incluserit poeta: ita saltem dicere fas est per figuram, quam Grammatici vocant ἓν διὰ δυοῖν. Deinde ipsae carminum Reliquiae deorum heroumque erga pueros exhibent amores, Orphei erga Calain, Bacchi erga Adonin, Agamemnonis erga Argynnum, Tantali erga Ganymeden. Praeter hos amores Phanocles aliorum quoque desideria carminibus suis inclusisse verisimile est, imprimis Achillis et Patrocli, de quorum mutui amoris vinculo plura haud dubie cognita nos esse habituros recte constituit Heynius (ad Iliad. λ, 785), si Phanoclis Elegi, *Ἔρωτες ἢ Καλοί*, ad nos pervenissent.

verwandelte, und die Gestalten der Vorwelt mit dem Geist der reizendsten Liebesdichtung neu beseelte.

2) Clemens Alex. l. c. Protrept. p. 32. Lactantius Argum. IV. in Ovid. Metamorph. lib. II laudat Phanoclem in *Cupidinibus*, quae quidem inscriptio Latina ex Graeca translata est paene verbotenus, omissa tantummodo voce *Καλοί*. De puerorum amoribus ingeniose disseruit Welckerus in Sapphone p. 81 sqq. Frid. Schlegel. Op. IV p. 60 sq. cf. ad Mimnerm. p. 16 sqq.

ΦΑΝΟΚΛΕΟΥΣ

ΕΡΩΤΩΝ Η ΚΑΛΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

1.

Stobaei Florileg. LXIV, 14 p. 399 sq.

Φανοκλέους.

Ἢ ὡς Οἰάγροιο πάϊς Θρηί- Aut ut Thrax Orpheus
κιος Ὀρφεὺς Oeagro natus amavit

Ad vers. 1. *Οἰάγροιο πάϊς*, in Cod. A. m. p. *οἰάγρου παῖδες*, quod prorsus absurdum.

Θρηίκιος Ὀρφεὺς, ita optime Codd. A. B. Vulgo *Θρηικίου*, ad *Οἰάγροιο* referendum, quod minus placet. cf. Valckenar. Diatr. Euripid. p. 199. Ceterum notatu digna est vox *Θρηίκιος* propter quantitatem, utpote quae alia sit apud poetas veteres, alia apud Alexandrinos, et apud illos quidem syllaba antepenultima corripitur, apud hos producitur. Homer. Iliad. *κ*, 559.

Θρηίκιοι· τὸν δέ σφιν ἄνακτ' ἀγαθὸς Διομήδης.

cf. V, 13. 577. *ψ*, 230. 808. Hymn. Apoll. 33. 34.

Hesiod. *Ἔργ.* 551.

πυκνὰ Θρῆικίου Βορέου νέφεα κλονέοντος.

Tyrtaei Fragm. III, 4.

νικῴη δὲ θέων Θρῆικίον Βορέην.

Simonidis Fragm. XCII, 3.

Θρῆικίῳ κύρσαντα λόχῳ· πατρὸς δὲ κλεεννόν.

Sic etiam poetae Latini: Virgil. Aen. VI, 120.

Threĭcia fretus cithara.

Propert. IV, 1, 42 (III, 1, 42).

Flumina Threĭcia sustinuisse lyra.

Sed aliter apud Apollon. Rhod. IV, 905.

Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς, Θρηῖκιος Ὀρφεύς.

ἐκ θυμοῦ Κάλαϊν στέρξε Βορηιάδην·
πολλάκι δὲ σκιεροῖσιν ἐν ἄλσεσιν ἔζετ' ἀείδων
ὃν πόθον, οὐδέ οἱ ἦν θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ,
ἀλλ' αἰεί μιν ἄγρυπνοι ὑπὸ ψυχὴν μελεδῶναι
ἔτρυχον θαλερὸν, δερκομένου Κάλαϊν.

Phanocles huius vocis quantitatem inconstanter adhibuit, quippe qui vs. 1 longam admiserit syllabam, vs. 12 brevem. Draco Straton. de Metris poeticis p. 48, 13 ed. Hermann. sive Phanoclis sive Apollonii versum respiciens, Θρηίκιον, inquit, ἡ προπαρωλήγουσα ἐκτεταμένως ἀναγινώσκεται, ὡς τὶ,

Θρηίκιος Ὀρφεύς,

καὶ

ἀνέρα δὲ Τροίη Θρηίκιον οὔτι φορήσει.

Vs. 2. ἐκ θυμοῦ, i. q. ἀπὸ καρδίας, ἐκ ψυχῆς, *toto pectore*, docente Valckenario ad Theocrit. II, 61. cf. Wetstenius ad novum Testam. T. I p. 478. Iacobs. ad Anth. Gr. II, 1 p. 5.

Κάλαϊν — Βορηιάδην, Calaïn una cum Zete filium fuisse Boreae et Orithyiae Ovidius narrat Metam. VI, 705 sqq. Herodot. VII, 189. Βορῆς δὲ κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον ἔχει γυναῖκα Ἀττικὴν, Ὠρειθυίην τὴν Ἐρεχθῆος. cf. Io. H. Vossii Ep. myth. I p. 242 sq.

Vs. 3. ἔζετ'] ἧζετ' e Voss. citat Valcken. Diatr. p. 199. Sed credo perperam. E Parisiensi A. ἧζετ' enotaverat Grotius, in quo tamen ἔζετ' perspecte legitur. GAISFORD.

Vs. 4. οὐδέ οἱ ἦν, Palmaria est Hermanni emendatio ad Orphica p. 785 pro librorum lectione, οὐδ' ἦν οἱ, quae nimis impedit mensurae tenorem.

Vs. 5. Vulgo, ὑπὸ ψυχῇ, i. e. *in animo*, quod per se minime est vituperandum; sed longe praestare lectionem Codicis B, ὑπὸ ψυχὴν, nemo est qui infitias eat: quae quidem lectio quum sit elegantior eademque rarior, pronior simul fuit ad corruptelam. Iam vero ὑπὸ non spectat ad ψυχήν, sed ad verbum ἔτρυχον. Valcke-

Ex toto Calaïn corde Boreïaden.
Saepe suos ignes cantans consedit in umbra
Silvarum, nec erat meus requieta viri.
Namque suis Calaïn dum formosum haurit ocellis,
Usque illi trivit pectora cura vigil.

---

narius Diatr. p. 199 C. elegantiorem quidem pronuntiavit lectionem Codicis Leid. cui suffragantur A. B., sed eiusdem atque Ruhnkenii structura durior est: *μελεδῶναι δερκομένου Κάλαϊν αἰεὶ αὐτὸν ἔτρυχον.* Melius ita se habet: *Ἀλλ' αἰεὶ ἄγρυπνοι μελεδῶναι ὑπέτρυχόν μιν ψυχήν, δερκομένου αὐτοῦ θαλερὸν Κάλαϊν.* cf. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 50 sq. Neminem, opinor, offendit duplex Accusativus *μίν* et *ψυχήν*, cuius exempla innumera exhibent carmina Homerica. v. Thierschii Gram. §. 273. — Praeterea observandum est Codd. A. B. Voss. Arsen. pro vulg. *μελεδῶνες* offerre lectionem *μελεδῶναι*, quam a Valckenario l. c. iam prolatam frustra exterminari conatus est Ruhnkenius (tacito, ut videtur, suffragante Schaefero l. c.) exemplo usus Hesiodio *Ἔργ.* 66. ubi vulgo quidem editur *καὶ γυιοβόρους μελεδῶνας* (a Nominativo *μελεδών*), sed referente Gaisfordio, Codex ms. omnium quotquot supersunt optimus praebet *μελεδώνας* (a Nom. *μελεδώνη*), quam quidem formam praeter Homer. Odyss. *υ*, 517. *ὀξεῖαι μελεδῶναι*, comprobat etiam Etym. M. p. 576, 23. *Μελεδῶναι, αἱ τὰ μέλη ἔδουσαι φροντίδες· ὅθεν Ἡσίοδος γυιοχόρους αὐτὰς λέγει, τὰς ἕως κόρου τὰ γνῖα ἀναλύουσας.* Eustath. ad Homer. l. c. *Ὅρα τὸ μελεδῶναι, οὗ ἡ εὐθεῖα ἡ μελεδώνη. ὅτι δὲ καὶ τρίσυλλάβως ἔστιν ἡ μελεδών, οὐκ ἔστιν ἀμφιβαλεῖν. γίνονται δὲ ἀμφότερα παρὰ τὸ τὰ μέλη ἔδειν.* cf. Schaefer. ad Brunckii Poet. Gnom. p. 215. Gu. Dindorf. ad Hesiodi ed. Teubner. p. 102. Theognis 883 et quem Welckerus laudat Cypriorum Auctor ap. Athen. II p. 35 C. itidem praebent *μελεδῶνας*, ubi tamen nescio, an melius scribatur *μελεδώνας*. Apud Simonidem XIV, 2 et Apollon. Rhod. III, 812 singularis extat forma *μελήδονες*, i. q. *μελεδῶνες*, docente Hesychio.

τὸν μὲν Βιστονίδες κατομήχανοι ἀμφιχυθεῖσαι
ἔκτανον, εὐήκη φάσγανα θηξάμεναι,
οὕνεκα πρῶτος δεῖξεν ἐνὶ Θρήκεσσιν ἔρωτας
ἄῤῥενας, οὐδὲ πόθους ἤνεσε θηλυτέρων.
τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλκῷ τάμον, αὐτίκα δ' αὐτὴν

Vs. 7. *Βιστονίδες.* Ex versu 23 sqq. apparet poetam omnino intellexisse mulieres Thracias, quae Orpheum ob ipsarum contemptionem dilacerasse feruntur. Sic etiam apud Lucianum T. III p. 109, 45. *τὸν Ὀρφέα διεσπάσαντο αἱ Θρᾷτται.* Huius rei fundamentum positum esse videtur in narratiuncula gentis Macedonicae, apud Pausaniam IX, 30, 3 sic prolata: *Μακεδόνων δὲ οἱ χώραν τὴν ὑπὸ ὄρος τὴν Πιερίαν ἔχοντες καὶ πόλιν Λίον φασὶν ὑπὸ τῶν γυναικῶν γενέσθαι τὴν τελευτὴν ἐνταῦθα τῷ Ὀρφεῖ.* Apud Eratosth. Catast. c. 24 p. 19 ed. Schaubach. *Βασσαρίδες*, i. e. *Maenades, Bacchae* memorantur, quocum plerique scriptores consentiunt. Sed caussa etiam, quae hoc loco proponitur, differt a fama vulgari. v. Virgil. Georg. IV, 520 sqq. Ovid. Met. XI, 1 sqq. Hygin. Astron. II, 7. Secus eandem rem exponit Pausanias l. c. *τὰς δὲ γυναῖκάς φασι τῶν Θρᾳκῶν ἐπιβουλεύειν μὲν αὐτῷ θάνατον, ὅτι σφῶν τοὺς ἄνδρας ἀκολουθεῖν ἔπεισεν αὐτῷ πλανωμένῳ, φόβῳ δὲ τῶν ἀνδρῶν μὴ τολμᾶν· ὡς δὲ ἐνεφορήσαντο οἴνου, ἐξεργάζοντο τὸ τόλμημα.*

Vs. 8. *εὐήκη φάσγανα*, ita Cod. A. Voss. Arsen. et Gesneri margo: vulgo *εὐμήκη*, quod non probandum. Homer. Iliad. χ, 319. *ὡς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' εὐήκεος.* ubi Schol. Venet. B. *καλὴν ἀκὴν ἐχούσης.* κ, 256. *φάσγανον ἄμφηκες.* cf. Etymolog. M. p. 391, 4. *Εὐήκεα φάσγανα, τὰ εὖ καὶ καλῶς ἠκονημένα.* Defendit etiam hanc lectionem Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 533 contra Kreyssigium, qui in particula II Symbolarum ad Bielii Thesaurum philologicum augendum atque emendandum p. 17. *εὐμήκη* praetulit, *quod vocabulis εὐήκης et θήγεσθαι frigida quaedam ταυτολογία insit.* Frigida si est (ita pergit Schaeferus), acrius etiam frigus feriit haec Homeri Il. XIV. v. 6. s. *εἰςόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη θερμήνῃ.* Adiungi poterat Il. ζ, 194. *καὶ μὲν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον.*

Hunc circumfusae acuunt minaciter enses
Bistonides strictos perfodiuntque latus,
Quod veneres docuit viduarum spernere Thraces
Et primus pueros auctor amare fuit.
Tum caput abscissum ferro plectrumque fidesque

Vs. 9. Huc spectant Ovidii versus Metam. X, 79 sqq.

omnemque refugerat Orpheus
Femineam Venerem; seu quod male cesserat illi,
Sive fidem dederat. Multas tamen ardor habebat
Iungere se vati: multae doluere repulsae
Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem
In teneros transferre mares, citraque iuventam
Aetatis breve ver et primos carpere flores.

πρῶτος, hanc lectionem a Brunckio primo propositam Analect. III p. 95 confirmat Cod. A. manu sec. et B. δεῖξεν, Cod. A. Trinc. Vulg. ἔδειξεν.

Vs. 11. αὐτίκα δ' ὑπὲρ αὐτὴν, ita habet B. et A. ex emendatione, ubi prius scriptum erat ὑπῆν. Voss. ὑπ. Arsen. et Trinc. ὑπὲρ, quod iam Gesnerus bene correxerat. Litterae υ in voce αὐτήν enuntiatio Iotacismi legibus accommodata primam ansam dedisse videtur ad corruptionem ἀπῆν, unde postea ortum est ὑπῆν. — Luciani locus a Iacobsio laudatus, T. III p. 109 in Phanoclis narrationem omnino quadrat: ὅτε τὸν Ὀρφέα διεσπάσαντο αἱ Θρᾷτται, φασὶ, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ σὺν τῇ λύρᾳ εἰς τὸν Ἕβρον ἐμπεσοῦσαν, ἐμβληθῆναι εἰς τὸν μέλανα πόντον, καὶ ἐπιπλεῖν γε τὴν κεφαλὴν τῇ λύρᾳ, τὴν μὲν ᾄδουσαν θρηνόν τινα ἐπὶ τῷ Ὀρφεῖ, ὡς λόγος, τὴν λύραν δὲ αὐτὴν ὑπηχεῖν τῶν ἀνέμων ἐμπιπτόντων ταῖς χορδαῖς, καὶ οὕτω μετ' ᾠδῆς προσενεχθῆναι τῇ Λέσβῳ, κἀκείνους ἀνελομένους τὴν μὲν κεφαλὴν καταθάψαι. Ovid. Met. XI, 50 sqq.

Caput, Hebre, lyramque
Excipis, et, mirum, medio dum labitur amne
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis: respondent flebile ripae.

εἰς ἅλα Θρηικίην ῥίψαν ὁμοῦ χέλυϊ
ἦλῳ καρτύνασαι, ἵν' ἀμφορέοιντο θαλάσσῃ
ἄμφω ἅμα, γλαυκοῖς τεγγόμεναι ῥοθίοις.
τὰς δ' ἱερῇ Λέσβῳ πολιὴ ἐπέκελσε θάλασσα,
ἠχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πόντον ἐπέσχε λύρης
νήσους τ' αἰγιαλούς θ' ἁλιμυρέας, ἔνθα λίγειαν
ἀνέρες Ὀρφείην ἐκτέρισαν κεφαλήν,

Iamque mare incertae flumen populare relinquunt,
Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi.

Tota fabula nihil indicat, nisi vetustissimas artis Musicae ac poeticae apud Lesbos virtutes. v. Plehnii Lesbiacorum lib. p. 138 sqq. Boettiger. in Wielandii Museo Attico T. I p. 291. 332.

Vs. 12. Cod. A. p. m. *Θρηικίαν*, quod favet simpliciori scripturae a nobis receptae, pro vulg. *Θρηϊκίην*.

Vs. 13. *ἦλῳ*, *κύκλῳ* Arsen.

Vs. 14. *ῥόθιον* fungitur munere Substantivi apud Phanoclem. Thomas Mag. p. 780. *ῥεῦμα δὲ καὶ ῥόθιον αὐτὸ τὸ ὕδωρ. ῥόθιον μέντοι οὐ μόνον ἐπὶ ποταμοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ μετὰ κτύπου κῦμα.* cf. Bernard. ad h. l. Apud Homerum forma est adiectiva, ut Odyss. ε, 412 sq. *ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχεν ῥόθιον.*

Vs. 16. *λιγυρῆς — λύρης*, similiter vs. 19. *χέλυν — λιγυφήν*. Homer. Iliad. ι, 186. *φόρμιγγι λιγείῃ*. cf. Odyss. ϑ, 67.

Vs. 17. De voce *ἁλιμυρής* vide Epimetrum IV.

λίγειαν — κεφαλήν. Ita dicitur Orphei caput, quoniam a corpore avulsum et super mare devectum sonos lugubres edidisse perhibetur. Ovid. Met. X, 52 sq. *Flebile lingua Murmurat exanimis.* Virgil. Georg. IV, 523 sqq.

Tum quoque marmorea caput a cervice revolsum,
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus
Volveret, Eurydicen anima fugiente vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripae.

Protinus iniiciunt in mare Threïcium,
Pangentes clavis, ut caerulea aequoris unda
Roribus aspersum ferret utrumque simul.
Haec sacrae ad Lesbi canum mare detulit oram,
Flebilis utque chelys marmora voce replet
Arvaque cincta mari pulsataque littora fluctu,
Hic caput Orpheum composuere viri

Homer. Odyss. ω, 62 *Μοῦσαν* vocavit *λίγειαν*. — De Orphei capitis sepulcro differunt scriptores veteres. Omnium vero suavissima est narratiuncula Myssili Lesbii (ap. Antigon. Caryst. c. 5), e regione Antissaea sepultum esse Orphei caput ibique dulcius quam alibi cecinisse luscinias. cf. Nicomed. Geras. p. 29 ed. Meibom. Paullulum conformata atque in Thraciam translata haec fabula exponitur ap. Pausan. IX, 30, 3. *λέγουσι δὲ οἱ Θρᾷκες, αἱ τῶν ἀηδόνων ἔχουσι νεοσσιὰς ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Ὀρφέως, ταύτας ἥδιον καὶ μεῖζόν τι ᾄδειν.* cf. Apollodor. I, 3 p. 17. Philostratus Heroic. c. 10 p. 713 (154 Boissonad.) Orphei caput una cum lyra Lyrnessum delatum esse refert. *Πόλις Αἰολὶς Λυρνησσὸς ᾠκεῖτο, τειχήρης τὴν φύσιν, καὶ οὐδὲ ἀτείχιστος, ᾗ φασὶ τὴν Ὀρφέως προσενεχθῆναι λύραν, καὶ δοῦναί τινα ἦχὴν ταῖς πέτραις, καὶ μεμούσωται ἔτι καὶ νῦν τῆς Λυρνησσοῦ τὰ περὶ τὴν θάλατταν ὑπὸ τῆς ᾠδῆς τῶν πετρῶν.* cf. Niclas ad Antig. p. 10 ed. Beckmann. Oracula quoque edita esse feruntur in Orphei antro, auctore Philostrato in Vita Apollon. c. 14 p. 151. *Παρῆλθε καὶ ἐς τὸ τοῦ Ὀρφέως ἄδυτον προσορμισάμενος τῷ Λέσβῳ. φασὶ δὲ ἐνταῦθά ποτε τὸν Ὀρφέα μαντικῇ χαίρειν, ἧς τὸν Ἀπόλλω ἐπιμεμελῆσθαι αὐτόν. ἐπειδὴ γὰρ μήτε ἐς Γρύνειον ἐφοίτων ἔτι ὑπὲρ χρησμῶν ἄνθρωποι, μήτε ἐς Κλάρον, μήτ' ἔνθα ὁ τρίπους ὁ Ἀπόλλωνος, Ὀρφεὺς δὲ ἔχρα μόνος, ἄρτι ἐκ Θρᾴκης ἡ κεφαλὴ ἥκουσα· ἐφίστασαί οἱ χρησμῳδοῦναι ὁ θεὸς, καὶ πέπαυσο, ἔφη, τῶν ἐμῶν, καὶ γὰρ δὴ ᾄδοντά σε ἱκανῶς ἤνεγκα.*

ἐκ δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἣ καὶ ἀναύδους
πέτρας καὶ Φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕδωρ.
ἐκ κείνου μολπαί τε καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
νῆσον ἔχει, πασέων δ' ἐστὶν ἀοιδοτάτη.
Θρῆκες δ' ὡς ἐδάησαν Ἀρήιοί ἔργα γυναικῶν

Vs. 19. „τύμβον. Lucian. l. c. lyram in Apollinis templo dedicatam esse ait. Alii eam ad Terpandrum fuisse delatam narrabant. Vide Nicomachum Geras. ap. Fabric. in Bibl. Gr. T. I p. 294 sq. ed. Harles. [lib. II p. 29 ed. Meibom.] *ἀναύδους πέτρας, rupes sensu privatas, κωφὰς,* intelligit. *rigidae silices* ap. Ovid. Met. XI, 45. quae saepe Orphei vocem sequutae sunt." IACOBS. Sed *πέτρας* istas *ἀναύδους* hoc loco spectare ad saxa inferna mox explicabitur.

Vs. 20. *Φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕ.* Sic optimi libri. Sed mendose Trinc. *φόρτον στυγνὸν ἔπυθεν.* Gesnerus in margine suppeditat *πικρὸν*, quod Voss. habet in ordine, in margine *στυγνόν.* Manifesto *πικρὸν* nihil est, nisi germanae lectionis glossema. H. Grotius *Φόρκου ὕδωρ* explicat *mare,* qualiter dictum, *Phorcique exercitus omnis.* Atque Ruhnkenius: *Phorcum,* inquit, *vel Phorcynem Homerus Od. Δ, 72. ἁλὸς ἀτρυγέτοιό μέδοντα vocat.* Addendus erat alter locus Homericus Od. *ν*, 96. *Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμήν, ἁλίοιο γέροντος.* cf. 345. Hesiod. Theog. 237. Formarum *Φόρκος, Φόρκον· Φόρκυν, Φόρκυνος· Φόρκυς, Φόρκυος* diversitatem attigit Brunckius ad Apollon. Rhod. IV, 828. Sed hoc loco simpliciter intelligi *mare,* quod placet interpretibus, nemo fere hodie sibi poterit persuadere: primum quidem cuilibet iniicit scrupulum epitheton *στυγνόν,* quod minime otiosum esse videtur, utpote quo significetur limus niger et deformis arundo Cocyti *tarda*que palus inamabilis *unda*; deinde accedit fabula de Orphei ad inferos descensu, quem procul dubio respicit Phanocles, eoque elegantissimis versibus celebrato apud Virgil. Georg. IV, 467 sqq. et Ovid. Met. X, 11 sqq. Nec profecto inepte molitus est, quod Salmasius proposuit, *ὅρκον* pro *Φόρκον,* ut *Styx* intelligatur, diis iurata; licet non opus fuerit tali emendatione: etenim *Φόρκον* hoc loco eundem esse, qui vulgo *Ἔρεβος*, Latine

Dulcisonum tumulo et citharam, quae surda-
que saxa
Et tristes Phorci carmine flexit aquas.
Hinc floret dulci citharae modulamine Lesbos,
Prae cunctisque aliis cantibus illa sonat.
Sed postquam facinus novit gens Martia,
Thraces,

Orcus (= *FOρκος*) vocatur, docuerunt C. O. Müllerus in Hist. Orchom. p. 155. N. 3. et Welckerus in Aeschyli Trilog. Prom. p. 383 N. 651 (qui simile exemplum protulit in voce *φοξός* = *ὀξύς*). Eadem significatio formae *Φόρκυν* extat in Euphorionis fragm. II, 2 ed. Meinek.

Εὐμενίδες ἀργῆται θυγατρῖδαι Φόρκυνος.

in quem versum commentatus est Meinekius hoc modo: „Nimirum Phorcys seu Phorcus hoc loco non est marinus ille deus, sed Orcus seu Erebus, quem fuisse qui Noctis patrem perhiberent docet Varro apud Festum s. v. *Erebus* p. 283, 49. Noctis autem filiae, ut constat, Eumenides fuerunt; igitur vocari potuerunt ab Euphorione *Φόρκυνος θυγατρῖδαι*. — Eadem interpretatio adhibenda videtur Sophoclis loco ap. Plutarch. Symp. IV, 14. emendante Lobeckio ad Aiac. 342.

Σειρῆνας εἰσαφικόμην
Φόρκου κόρας, θροοῦντε τοὺς Ἅιδου νόμους." —

Vs. 21. De Lesbiorum arte, quam Phanocles respicit, musica et poetica nuper doctissime disputavit Plehnius meus, amicus candidissimus, in Lesbiacis p. 132 sqq.

Vs. 22. *νῆσον*. *νηῶν* Voss. Arsen. *πασέων δ'*, ita Cod. A, lectio certe praestantior, quam vulg. *πασέων τ'*, ut editionis Trinc., in qua prorsus omittitur particula.

ἀοιδοτάτη, sc. *νῆσος*, quod quidem vocabulum ex sententia praecedenti repetendum.

Vs. 23. *Ἀρήιοι*, A. Voss. Arsen. et Gesneri margo. Vulg. *ἀρήϊα*, idque male, propterea quod *Θρῆκες* desiderant epitheton, *ἔργα* autem singulari gaudent epitheto *ἄγρια*, unde illud supervacaneum.

ἄγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐςῆλθεν ἄχος,
ὃς ἀλόχους ἔστιζον, ἵν' ἐν χροΐ σήματ' ἔχουσαι
κυάνεα στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου·
ποινὰς δ' Ὀρφῆι κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
εἰς ἔτι νῦν κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Vs. 24. Leopardus Emendd. IV, 4 pro librorum lectione *πάντας* temere proposuit *πάντων*, cui Ruhnkenius obiecit exemplum Homericum Od. σ, 347. ὄφρ' ἔτι μᾶλλον *Δύῃ ἄχος κραδίην Λαερτιάδην Ὀδυσῆα*, ubi tamen Wolfius habet *Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος*. Magis convenit exemplum Il. ρ, 157. *μένος —, οἷόν τ' ἄνδρας ἐςέρχεται*. Od. ο, 407. *πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐςέρχεται*. Itaque *δεινὸν ἄχος ἐςῆλθε πάντας* significat: *Ingens dolor omnes invasit.*

Vs. 25 sqq. De more Thracio notas inurendi Herodot. V, 6. *καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται, τὸ δ' ἄστικτον ἀγεννές.* Dio Chrysostom. Or. XIV p. 442 ed. Reisk. suis se oculis ait vidisse in Thracia *τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας στιγμάτων μέσας καὶ τοσούτῳ πλείονα ἔχουσας στίγματα καὶ ποικιλώτερα, ὅσῳ ἂν βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων δοκοῦσι.* cf. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 67. Reiff. ad Artemidor. p. 226 sq. — Iam quaeritur, utrum ea, quae Phanocles narrat, ad fabulas referenda sint, an ab ipso aut alio nescio quo poeta inventa ad stigmatum apud Thraces originem illustrandam. Eadem narratiuncula, sed ita conversa, ut mulieres ipsae stigmatum poena se afficerent, extat apud poetam Epigrammatis Adesp. 382. Brunk. Anal. III p. 253.

Καλλιόπης Ὀρφῆα καὶ Οἰάγροιο θανόντα
ἔκλαυσαν ξανθαὶ μυρίαι Βιστονίδες,
στικτοὺς δ' ἡμάξαντο βραχίονας, ἀμφὶ μελαίνῃ
δευόμεναι σποδιῇ Θρηίκιον πλόκαμον.
καί ῥ' αὐταὶ στοναχῇσιν σὺν εὐφόρμιγγι Λυκείῳ
ἔῤῥηξαν Μοῦσαι δάκρυα Πιερίδες.
μυρόμεναι τὸν ἀοιδόν· ἐπωδύραντο δὲ πέτραι
καὶ δρύες, ἃς ἐρατῇ τοπρὶν ἔθελγε λύρῃ.

σήματ' — κυάνεα. Aristoph. Vesp. 1296. *ἐγὼ δ' ἀπόλωλα στιζόμενος βακτηρίᾳ.*

Vs. 26. λελάθοιντο, ita vulg. 'κλελάθοιντο B. quod tamen improbandum, quum Aphaeresis ut ab Homero

Nuptarum, cura est omnibus orta gravis,
Uxoresque notant, habeant ut corpore signa
Livida, neu dirae sint necis immemores.
Nunc etiam Thressae usque notis ob fraudes inustae
Orphei capitis dant grave supplicium.

(v. Thierschii Gram. §. 165, 2.) ita etiam a poetis elegiacis aliena esse videatur. — *φόνου* Vulg. *πόνου* A.

Vs. 27 sq. Hoc Phanoclis distichum excerpsit Plutarch. de S. N. V. c. 2. *οὐδὲ γὰρ Θρᾷκας ἐπαινοῦμεν, ὅτι στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ τὰς αὐτῶν γυναῖκας.* Unde satis apparet inopportunam esse Ruhnkenii coniecturam, pro lectione omnium librorum *ΣΤΙΖΟΥΣΙ γυναῖκας* proponentis *ΤΙΝΘΥΣΙ γυναῖκες*, licet ipse suam opinetur coniecturam talem a simplicitate commendationem habere, ut vel morosissimo iudici placituram speret, licetque Iacobsius ineptam et vix tolerandam in tam eleganti poeta repetitionem iudicet *ὃς ἀλόχους ἔστιζον* et *στίζουσι γυναῖκας*. At si quid veteres haud aegre tulerunt, cur offendat recentiores, equidem ignoro. Illius versus structura ita se habet: *Οἱ Θρῆικες στίζουσι γυναῖκας εἰς ἔτι νῦν, ὥστε εἶναι ποινὰς Ὀρφῆι καμένῳ*, i. q. apud Plutarch. *τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ·* quod quidem sermone patrio optime exprimitur hoc modo: *Die Thraker brandmarken ihre Frauen noch heutzutag als Sühne für den erschlagenen Orpheus;* unde Weberus in poet. eleg. p. 292.

Aber zur Sühn' Orpheus dem Erschlagenen zeichnen die Weiber
Heute sie noch, um der Schuld, die sie an jenem verübt.

Simile exemplum ex Suida deprompsit Gaisfordius v. *Ἄρκτος. χρησηριαζομένοις δὲ τοῖς Ἀθηναίοις εἶπε λύσιν τῶν κακῶν ἔσεσθαι, εἰ τῆς τελευτησάσης ἄρκτου ποινὰς* (sic enim MSS. non ut vulgo *τινὰς*) *ἀρκτεύειν τὰς ἑαυτῶν παρθένους ἀναγκάσουσι.*

2.

Clemens Alex. Strom. VI p. 750.

Δημοσθένους εἰπόντος, Πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Φανοκλῆς ἐν Ἔρωσιν ἢ Καλοῖς γράφει·

Ἀλλά τοι Μοιράων νῆμ' ἄλλυτον, οὐδέ πή ἐστιν
ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα.

3.

Plutarch. Sympos. IV, 5, 3.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ μυθικὰ προσλαβεῖν, λέγεται μὲν ὁ Ἄδωνις ὑπὸ τοῦ συὸς διαφθαρῆναι· τὸν δ' Ἄδωνιν οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ Διόνυσον εἶναι νομίζουσι· καὶ πολλὰ τῶν τελουμένων ἑκατέρῳ περὶ τὰς ἑορτὰς βέβαιοῖ τὸν λόγον. οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου γεγονέναι· *) *καὶ Φανοκλῆς, ἐρωτικὸς ἀνήρ, ὧδέ πως πεποίηκεν·*

Ad fragm. 2. *Μοῖραι* sive *Parcae* hoc loco describuntur *Κατακλῶθες βαρεῖαι*, quales iam apud Homer. Odyss. *η*, 198. *γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.* cf. Welcker. in Diario Litterarum artisque antiq. T. I p. 225 sqq.

Vs. 1. *ἄλλυτον*, ita tacite scripsit Ruhnkenius duplicata littera λ, idque recte; nam rationes metricae versum dactylicum efflagitant, quem librorum scriptura *ἄλυτος* non suppeditat. Sed neminem offendet litterae λ in verbis compositis geminatio. v. Thiersch. §. 114, 3. cf. Etym. M. p. 72, 16.

οὐδέ πή ἐστιν. In Clementis edd. scribitur *πῆ*, quod, quum offendisset, Brunckius sine ratione mutavit in *τιν'*. Wakefieldius in Silvis crit. T. III p. 117 tuetur *πῆ*. Sed admittenda procul dubio particula enclitica *πή*, praeeunte Ruhnkenio.

*) Subaudiendum *λέγουσιν*. Unde Ruhnkenius deprompserit lectionem ab se admissam: *οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου Ἄδωνιν γεγονέναι*, ipse non indicavit: ideo videtur ex coniectura.

Ἢ ὡς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος
ἥρπασεν, ἠγαθέην Κύπρον ἐποιχόμενος.

4.

P. Orosii Histor. I, 12.

Nec mihi nunc enumerare opus est Tantali et Pelopis facta turpia, fabulas turpiores: quorum Tantalus, rex Phrygiorum, Ganymedem, Trois, Dardanierum regis, filium, quum flagitiosissime rapuisset, maiore conserti certaminis foeditate detinuit, sicut Phano-

---

Ad fragm. 8. Vs. 1. Lenzius apud Iacobs. Add. animadv. in Athen. p. 224 librorum lectionem *εἰδὼς θ.* emendavit *ἢ ὡς θ.* cui suffragatur fragm. 1, 1. *Ἢ ὡς Οἰάγροιο κ. τ. λ.*

Ad vs. 2. *Κύπρον* emendandum est haud dubie suadente iam Xylandro, pro eo, quod in libris legitur, *Κύπριν*. Namque epitheton *ἠγάθεος* apud Homerum, Hesiodum atque Pindarum additum esse urbibus tantum, regionibus, montibus atque insulis, iisque deorum potissimum cultu sacris, notum est in vulgus. v. Buttmanni Lexilog. I p. 48. Nec probabile videtur Phanoclem deae ipsi attribuere epitheton, quod proprie est locorum, atque *Cyprus* omnino quadrat in totam sententiam, quia Adonis hac insula oriundus: itaque, ut raperet Adonidem, Cyprum proficiscendum erat Baccho (*Κύπρον ἐποιχόμενος*). Mirum est, quod Wyttenbachius in textu exhibet *Κύπριν*, Latine autem ita interpretatus est versiculos:

Montivagus cernens divinum Bacchus Adonin,
Cyprum perlustrans egregiam, rapuit.

De Baccho Adonidis amasio alibi nihil narratum repperimus. Iacobsius l. c. „Hinc fortasse colligas fuisse, qui immaturum Adonidis fatum a Bacchi furore et invidia derivarent." De vulgari fabula v. I. H. Voss. ad Virgil. Eclog. X, 8 p. 507 sq. Creuzeri Symb. II p. 92 sqq.

cles) poeta confirmat, qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat, sive quia hunc ipsum Tantalum, utpote adseclam deorum, videri vult raptum puerum ad libidinem Iovis familiari lenocinio praeparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius non dubitarit impendere.*

5.

Clemens Alex. Protrept. p. 32.

*Φανοκλῆς δὲ ἐν Ἔρωσιν ἢ Καλοῖς ἱστορεῖ Ἀγαμέμνονα, τῶν Ἑλλήνων βασιλέα, Ἀργυννίδος νεὼν Ἀφροδίτης ἱστασθαι ἐπ' Ἀργύννῳ τῷ ἐρωμένῳ.**)*

Ad num. 5. Phanoclis locum germanum, cuius exiguum illud fragmentum ex communi litterarum artiumque naufragio ad nostras oras delatum est, Propertius ante oculos habuisse videtur in fingendis hisce versibus IV, 6, 21 sq. Lachm. = III, 5, 51 sqq.

Sunt Agamemnonias testantia littora curas
Quae notat Argynni poena, minacis aquae.
Hic iuvene amisso classem non solvit Atrides,
Pro qua mactata est Iphigenia mora.

Etiam Athenaeus XIII, 80 p. 603 D. Phanoclem auctorem sequutus esse videtur: *Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος, ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ*

*) Differt hoc loco scriptura librorum, quorum nonnulli suppeditant *Phanodes*, ed. Paris. a. 1510. *Panocles*. Sed unice vera est lectio *Phanocles*, Eusebio potissimum auctore ap. Syncellum p. 161 D. *Γανυμήδην Τάνταλος ἁρπάσας υἱὸν τοῦ Τρωὸς, ὑπ' αὐτοῦ κατεπολεμεῖτο Τρωὸς, ὡς ἱστορεῖ Φανοκλῆς.* cf. Euseb. Chron. p. 84 ed. Scalig. ed. Ang. Maii p. 289. cf. Scaligeri Animadvv. p. 41. Hemsterhus. ad Lucian. T. I p. 210. Ceterum de Ganymede v. Homer. Il. υ, 232 sqq. Hymn. in Vener. 202. cf. Welckeri Sappho p. 32.

**) Ita Ruhnkenius scripsit ex em. P. Leopardi IV, 4 p. 93. nisi quod pro *Ἀργυννίδος νεών*, nescio qua ratione commotus, dedit *Ἀργύννου νεών*.

6.

Lactantii Argum. IV in Ovidii Metamorph. lib. II.

Cycnus, Stheneli filius, materno genere Phaëthonti proximus, quam Liguriam incolerat, et in ripa Eridani amnis quum vidisset corpus Phaëthontis a sororibus eius ablui, pari calamitate est concussus. Plus enim iusto deflendo pro pingui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui prorsus coelestem ignem, paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus. PHANOCLES in CUPIDINIBUS auctor.

καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας, εἴσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος. Diversa est Lycimnii Chii de *Argynno* narratio apud eundem Athenaeum l. c. *Λικύμνιος δὲ ὁ Χῖος ἐν Διθυράμβοις Ἀργύννου φησὶν ἐρώμενον Ὑμέναιον γενέσθαι.* *)

Ad num. 6. Loci genuini veriorem, nisi fallor, imaginem exprimit Ovidius Metamorph. II, 367—380, quippe qui (ut iam apparet ex Lactantii relatione, ad Phanoclem auctorem revocantis) Graecum exemplar refinxisse putandus sit, ita canens:

Adfuit huic monstro [Phaëthontis fato] proles Stheneleïa Cycnus,
Qui tibi materno quamvis a sanguine iunctus,
Mente tamen, Phaëthon, propior fuit. Ille relicto, —
Nam Ligurum populos et magnas rexerat urbes, —
Imperio ripas virides amnemque querelis
Eridanum implerat silvamque sororibus auctam,
Cum vox est tenuata viro, canaeque capillos
Dissimulant plumae, collumque a pectore longum
Porrigitur, digitosque ligat iunctura rubentes,
Penna latus vestit, tenet os sine acumine rostrum.

*) cf. Stephan. de Urbibus p. 103. ubi tamen falso scribitur Ἄργεννος et Ἀργεννίς pro Ἄργυννος et Ἀργυννίς. Verum praebet Cod. Rehdig. Vratislav. referente Passovio.

Fit nova Cycnus avis, nec se coeloque Iovique
Credit, ut iniuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit patulosque lacus ignemque perosus,
Quae colat, elegit contraria flumina flammis.

Quibuscum versibus conferatur Virgilius Aen. X, 189 sqq.

Namque ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati
Populeas inter frondis umbramque sororum
Dum canit et maestum Musa solatur amorem
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linguentem terras et sidera voce sequentem. *)

*) cf. Servius ad h. l. Hygin. fab. 154. Pausan. I, 30, 3. Ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα, ὅτι Δίγυων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον ἄνδρα μουσικὸν γενέσθαι βασιλέα φασὶ, τελευτήσαντα δὲ Ἀπόλλωνος γνώμῃ μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν ἐς τὸν ὄρνιθα ἀπ' ἀνδρός. Ad fabulam quam veteres sibi finxerunt de *cycno* consulendus est I. H. Vossius Epist. mythol. II p. 94 sqq.

IO. DAN. LENNEPII ANIMADVERSIONES AD HERMESIANACTEM.

(vid. ad Coluthum p. 161 — 171.)

Exstat apud *Athenaeum* L. XIII. p. 597, 598, 599. insigne Fragmentum *Hermesianactis Colophonii*, quo enumerat, quinam potissimum e veteribus amarunt. Hoc cum valde depravatum sit, nonnullis locis, ubi adhuc vestigia, quae ad veram scripturam ducere videntur, supersunt, in sequentibus succurrere fert animus. Neque tamen omnes maculas, quae plurimae insunt, a me abstergi posse, adeo ut nihil in posterum supersit, in quo veram poetae manum sollicitaremus, est existimandum. Insunt enim multa, quae vel plane incerta, vel in quibus a vulgari opinione recessit *Hermesianax*. Haec proinde intacta reliquisse, quam coniecturas nullo suffultas tibicine et plane incertas in medium protulisse satius duxi. In initio statim offerunt sese haec verba:

Οἴην μὲν φίλος υἱὸς κ. τ. λ.

Levius est, attamen verbo monendum, versu 2. deleto signo interrogationis, ut vocant, sic verba coniungenda esse:

Οἴην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο,
Ἀγριόπην Θρῆσσαν στειλάμενος κιθάρῃ
Ἄιδοθεν, ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον.

Pendent haec omnia a verbo *γινώσκεις* vel *οἶσθα*, quod forsan in praecedentibus praecesserat, quemadmodum amat loqui Poeta. Ita postea v. 85.

Οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς
Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης.

quae ad verbum *οἶσθα* vs. 75. referri debent. Versu 4. quid sibi vellent verba *ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον*, ignorans *Casaubonus* excogitavit varia epitheta, quae Charontis

cymbae convenire videbantur. Cum tamen cuncta longius a vulgata abeant, mavelim:

Ἔνθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
Ψυχὰς οἰχομένων.

Κοινὴν ἄκατον appellasse videri posset Poeta propterea, quod omnes homines sine discrimine post mortem hac cymba transvectet portitor Averni. Ob eandem causam certe *εὐρεῖαν σχεδίαν*, sive quae magnam hominum multitudinem simul capere poterat, Charontis cymbam vocat *Theocritus* Idyll. XVI, 40.

Ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
Θυμὸν ἐς εὐρείαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος.

Addam unicum *Sophoclis* locum in Electra vs. 137, ubi *πάγκοινος λίμνη* lacus infernalis appellatur:

Ἀλλ' οὗτοι τόγγ' ἐξ ἀΐδα
Πανκοίνοι λίμνας πατέρ' ἂν —
Στάσεις.

Mox, cum *ῥεῦμα* ita absolute positum vix admitti possit, malo:

— λίμνη δ' ἐπὶ μικρὸν ἀΰτεῖ
Πνεύματι ἐξ ἀγαθῶν ῥυομένη δονάκων.

Sequuntur in Fragmento vs. 7. etc.

Ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα κ. τ. λ.

Quid sit *κῦμα μονόζωστον*, iuxta cum ignarissimis ignorare me lubens fateor. Solus, quantum memini, Orpheus ab antiquis perhibetur, qui dulci citharae cantu aures deorum infernalium mulsit. Hinc est, ut suspicer, Poetam scripsisse:

Ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μόνος ζώντων κιθαρίζων
Ὀρφεύς· πάντοιους δ' ἐξανέπεισε θεούς.

In sequentibus etiam minus proba lectio. Participium enim *φέρων* sive ad Orpheum referas, sive ad Cerberum, structura manet aeque imperfecta. Ut tenebras discutiamus, sic legendum:

Ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς,
Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθνωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
Σκληρὸν, τριστοίχου δεῖμα φέρων κεφαλῆς.

Structura, quae paululum intricatior, talis fere est: *φέρων (Ὀρφεὺς) δεῖμα τριστοίχου κεφαλῆς βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα σκληρὸν τεθωμένου.* Sensus verborum est: *Orpheus formidabilem faciem tergemini capitis ferens sustinuit adspectum canis horribili latratu atque oculis igne micantibus instantis.* Sub *φωνὴν* et *ὄμμα* more Graecis familiari tacite intelligi debet *κατά*. Verbi *θοοῦσθαι* usum elegantem illustrabit *Nicandri* locus Ther. vs. 228.

— αὐτὰρ ἀνωπῆς
Γλήνεα φοινίσσει τεθοωμένος.

Pergo ad versum 15. *Hermesianactis*, ubi de Musaeo:

Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς κ. τ. λ.

Difficultatem maximam in hisce versibus cernens magnus Casaubonus silentio locum praeteriit. Varia corruptae lectionis indicia tum sensus, qui nullus plane inest, tum alia praebent. Quid enim *πολυμνήστησιν*, aut quo referendum? quid *παρὰ πέζαν εὔοσμον*? quid *κρυφίων ἐξεφόρει λογίων* absque addito nomine ab *ἐξεφόρει* recto? Praeterea *ὀργίων* mediam correptam habet, secus ac obtineret, si proba foret lectio. Imo, si vel *ὀργίων* recte sese haberet, nullo tamen modo intelligi poterit versus ille 19. Ut omnes difficultates simul removeantur, non inconcinne totum locum scriberes:

Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς μήνης ἀγέραστον ἔθηκεν
Μουσαῖος Χαρίτων ἤρανος Ἀντιόπην,
Ὅσσα πολυμνήστην ποτ' Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
Εὔσημον κρυφίων ἐξεφόρει λαΐων
Ῥάριον, ὀργιάων ἀνεμώλια ποιπνύουσαν
Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ.

Viden', quam exigua sit differentia inter *ΟΡΓΙΩΝ ΑΝΕΜΩ ΔΙΑ ΠΟΙΠΝΥΟΥΣΑ* et *ΟΡΓΙΑΩΝ ΑΝΕΜΩ ΔΙΑ ΠΟΙΠΝΥΟΥΣΑΝ*? Haec enim, si voces dividas, illam, quam dedi, scripturam gignent. Quam recte cuncta quadrent in Musaeum, quippe qui Lycodrymidis Hymnum in Cererem composuit et ipse vates et

Χρησμῶν auctor perhibetur, aestima. Confer, quae de Musaeo e veterum scriptis notavit *I. A. Fabricius* Bibl. Graec. Vol. I. p. 102. Praeterea nota est locutio *ὀργιάζειν* vel *ὀργιᾶν τὸν θεὸν* pro *deo sacra facere*. Reliqua *γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ* qui ad Cererem referunt, a mente Poetae quam longissime aberrare mihi videntur: nihil enim ad rem faciebat, utrum Ceres apud inferos nota esset, nec ne, cum contra, si de Antiope interpreteris, quam maxime Poetae scopo conveniant. Voluit, nisi fallor, Musaeum adeo magni fecisse Antiopen, ut etiam apud inferos in honorem eius carmina cecinerit et hoc modo innotuerit Antiopes nomen.

[Coniecturam super Hermesianactis vers. 25 etc., quam supra, ubi loca quaedam ex eius fragmento apud Athenaeum emendavi, de industria omiseram, quia paulo incertior videbatur, adposuisse nunc tamen satius duco. Verba prouti vulgo leguntur adponam.

Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν κ. τ. λ.

Videtur respexisse ad Hesiodi opus, vel saltem quod Hesiodo a multis adscribitur, *Magnas Eoeas*, atque in ea fuisse opinione, illud nomen traxisse ab amica quadam Hesiodi Eoea dicta, a cuius nomine libros hosce auspicatus est. Lego itaque:

Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μίλαθρον
Ἡσίοδον πάσης ἥρανον ἱστορίης
Ἀσκραῖον ἐςικέσθαι, ἔχειν θ' Ἑλικωνίδα κώμην·
Ἔνθεν ὑγ' Ἡσίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν
Πόλλ' ἄποθεν πάτρης Μεγάλων ἀνεγράψατο βίβλους
Ἡσίων, ἐρατῆς παιδὸς ἐναρχόμενος.

Quantilla sit differentia inter *ΠΟΛΛΑ ΕΠΑΘΕΝ ΠΑΣΗΣ ΔΕ ΛΟΓΩΝ* et *ΠΟΛΛΑ ΠΟΘΕΝ ΠΑΤΡΗΣ ΜΕΓΑΛΩΝ*, aestimes. Mox versu 32. paulo aliter de Homero dixit:

Πολλὸν ἀπ' αὐγείης λειπόμενος πατρίδος.

Si tamen illud ὕμνων, ut Casaubonus fecisse videtur, de hisce Magnarum Eoearum libris interpreteris, paululum minori mutatione posses scribere:

Πόλλ' ἄποθεν πάτρης Μεγάλων ἀνεγράψατο βίβλους
Ὕμνων, ἐξ ἐρατῆς παιδὸς ἀνερχόμενος.

EX ADDENDIS.]

Pergo ad versum 35, ubi de Mimnermi amore ita canit:

Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν κ. τ. λ.

Malo: *καὶ μαλακοῦ πνεῦμα τὸ πενταμέτρου.* In sequentibus *καίετο μὲν Ναννοῦς* docte tuetur summus *Hemsterhusius* Observ. Miscell. Vol. VI. pag. 302. adversus *Casaubonum*, qui illud Graece dici non posse ratus coniecerat:

Καίετο μὲν Ναννοῦς ὕπο. τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ
Κνημωθεὶς κώμους ἔστιχεν ἀδρανίῃ.

Verum potius hoc modo scripsisse Poetam censuerim:

Καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκις οὐδῷ
Κνημωθεὶς κώμους στεῖχε σὺν ἀδρανίῃ.

Homerus, quem noster forsan imitatus erat, pro *πολιὸν οὐδὸν* dixit *γήραος οὐδὸν* Il. Ω, 484,

— ὥςπερ ἐγὼν ὅλοῳ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

Voluit itaque Poeta, Mimnermum, cum iam senior esset factus, saepius ad comessationes ivisse et voluptatibus deditum fuisse. Quam egregie haec in Mimnermum quadrent, senties facile, modo dicti eius memineris apud Stobaeum in Florileg. Grot. Tit. LXIII. p. 242.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Pergit ulterius vs. 41. Poeta in commemorandis amatoribus:

Λυδῆς δ' Ἀντίμαχος κ. τ. λ.

Dalecampius versu tertio difficultatem in vocabulo *Δαρδάνην* cernens reddidit: *in Dardania terra arida sepultam* etc., ac si legeretur *Δαρδανίῃ δὲ θανοῦσαν κ. τ. λ.*

Verum in Lydia mortuam et sepultam fuisse Lyden satis liquet; dum Antimachus Lydes gratia ad Pactolum se contulisse et, ea mortua et sepulta, rursum Colophonem petiisse traditur. Praeterea nisi ad Lyden referas, ferri plane nequit *θανοῦσαν* ita nude positum. Lyden Sardibus, celeberrima Lydiae urbe, si non oriundam, (quod quis infitias ibit?) saltem ibi cum Antimacho vitam degisse, ex ipsis Poetae verbis colligo, ubi Antimachum Lydes amore captum Pactoli fluenta petiisse tradit. Pactolus enim ex Tmolo per medium forum Sardium labitur, qua de re Geographi videndi. Iam Lyden ex Lydia ortam disces ex Epigrammate a Berkelio ad Stephanum v. *Λυδία* edito, quod cum nostro loco omnino conferri meretur:

Λυδὴ καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα· τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου
Σεμνοτέρη πασῶν εἰμι δι' Ἀντιμάχου.
Τίς γάρ ἔμ' οὐκ ἤεισε, τίς οὐκ ἀνελίξατο Λυδὴν,
Τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Nullo itaque negotio veram detegere possumus scripturam: *Σαρδιανὴν δὲ θανοῦσαν.* Stephanus Byzantinus: *Σάρδις πόλις Λυδίας. Ὁ πολίτης Σαρδιανὸς καὶ Σαρδιανή.* In sequentibus iam eodem fundamento (quod nempe Lyde in Lydia, non vero in Dardania sepulta fuerit) nixus, cum nimis a vulgatae vestigiis abeat ὁ *πάνυ*, pro *ΚΑΛΑΙΟΝΙΞΑΟΝ* emendo: *ΚΑΙΛΥΔΙΗΝΙΞΕΝ*. Lego itaque:

Σαρδιανὴν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
Καὶ Λυδίην ἶξεν δὴθεν ἀποπρολιπὼν
Ἄκραν ἐς Κολοφῶνα κ. τ. λ.

Nonnullis interiectis, vs. 57. sic de Sophocle canit:

Αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολυπρίωνα κοδώνην κ. τ. λ.

Priora *πολυπρίωνα κοδώνην λείπουσ'* non intelligo. Videtur nomen loci alicuius, quem Sophocles reliquerat, desiderari: quod non difficile erit detegere, modo quis noverit, Sophoclem, natione Atheniensem, e Colono

fuisse ortum. Qua de re vide Meursium in Reliq. Att. Cap. VI. ubi multa de hoc Colono notavit. Scribo itaque:

Αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολυπρόσωνα Κολωνὸν
Λείπουσ' κ. τ. λ.

Quid in sequentibus sit reponendum, aut quomodo lacuna supplenda, alii, qui vel ab eruditione vel ab ingenio magis parati sunt, videant. Ego, donec meliores libros nanciscamur, ampliandum censeo. Videntur quidem vestigia quaedam superesse nominis Theoridis, quam iam senex amasse fertur Sophocles, ut notavit Athenaeus Lib. XIII. p. 592 A. Verum, ne nimis coniecturis indulgeamus, de hoc loco nihil adfirmasse satius erit.

Sequentia, in quibus etiam parum lucis adfulget, pleraque aliis relinquam, unicum tantum ex illis locum, quem coniectura non prorsus forsan infelici restitui posse autumo, protulisse contentus. Versu 61. haec de Euripide prostant:

Φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ κ. τ. λ.

Magnus Casaubonus pro *ἐκ συνοχῶν* legendum coniecerat *ἐκ δαικέων*. Verum malim:

Καὶ πάντως μῖσος κτώμενον ἐξ ἀλόχων
Πάσας ἀμφὶ γυναῖκας κ. τ. λ.

Euripidem *μισογύνην* dictum, propterea quod mulieres cunctas odio fuerit prosecutus, eiusque rei causam fuisse uxores, quas minus pudicas deprehenderat, memoriae prodidere veteres. Vide Aulum Gellium L. XV. Cap. XX. Suidam aliosque.

DAVIDIS RUHNKENII ANNOTATIONES AD HERMESIANACTEM ET PHANOCLEM.

(Ex Epistola critica II. editioni Hymn. in Cerer. annexa, inde a pag. 283—303. cf. Opusc. Vol. II p. 615 sqq.)

283 In priore huius Epistolae editione p. 73. Hermesianactis Elegiam, quam Athenaeus XIII. p. 597. conservavit, digressione quadam emendavi. Ex eo tempore, captus eximia carminis pulcritudine, subinde, ut fit, ad illud castigandum reverti, praesertim cum adiumenta quaedam e libris scriptis accepissem. Nam Codicis Medicei Variantes Abrahamus Gronovius, Veneti I. P. Blessingius, vir eruditissimus, mecum communicavit. Nunc nihil, quod hoc instituto alienum sit, facturus videor, si totum carmen, quo, in tanta veterum Elegiarum iactura, vix quicquam praestantius habemus, hic paulo emendatius, quam a Casaubono editum est, apposuero.

Hermesianax natus est Colophone, urbe tam fecunda bonis poëtis edendis, ut Nicander, indidem oriundus, librum scripserit *περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν*, totum comparatum cum ad Homeri, quem Colophonii sibi vindicabant, tum ad Xenophanis, Polymnesti, Mimnermi, Antimachi, Phoenicis, et Hermesianactis memoriam celebrandam. Vide Scholiastem Nicandri, cuius testimonio saepe utemur, ad Theriac. 3. et Anonymum scriptorem Vitae Homeri p. 283. Aetatem Hermesianactis incidisse in Philippi et Alexandri M. tempus, clare intelligitur ex Pausania Attic. cap. 9. et Scholiaste Nicandri l. c. Prioris locus hic est: *Ἀνσίμαχος συνῴκισε καὶ Ἐφεσίων ἄχρι θαλάσσης τὴν νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος εἰς αὐτὴν Λεβαδίους τε οἰκήτορας καὶ Κολοφωνίους, τὰς δὲ ἐκείνων ⟨ἀνελὼν⟩ πόλεις· ὡς Φοίνικα, ἰάμ-*

βων ποιητὴν Κολοφώνιον, θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας οὐκ ἔτ', ἐμοὶ δοκεῖν, περιῆν· πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρατο. Has autem urbes a Lysimacho eversas esse Olymp. 119. 3. ex Diodoro Sicul. XX. p. 483. constat. Scholiastes Nicandri sic narrat: *Ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν, — ὁ Νίκανδρος μέμνηται τοῦ Ἑρμησιάνακτος ὡς πρεσβυτέρου ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν.* Eadem aetate Philetam vixisse, etiam Suidas testis est: *Φιλητᾶς, Κῶος, υἱὸς Τηλέφου, ὢν ἐπί τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου — — ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου* 284 *Πτολεμαίου.* Philetae disciplina cum Hermesianax usus sit, nescio, an Theocritum, quem vetus Grammaticus in eius vita sub Phileta profecisse tradit, condiscipulum et eiusdem artis aemulum habuerit. Ipse exemplo magistri, cuius honorificam mentionem facit, in hac Elegia vs. 75. ingenium contulit ad Elegos scribendos. Nobiles inprimis sunt tres libri Elegiarum, quos de amicae nomine *Λεόντιον* inscripsit. Athenaeus XIII. p. 597 A. *παρέλιπον δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον. ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐρωμένης αὐτῷ γινομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία.* Scholiastes Nicandri: *τούτου δὲ τὰ λεγόμενα εἰς τὴν ἐρωμένην.* A Parthenio Erot. cap. 5. laudatur *Ἑρμησιάναξ Λέοντι.* Sed corrigendum esse *Λεοντίῳ*, ut Elegiarum libri significentur, bene vidit Vossius de Histor. Graec. III. p. 176. confundens tamen poëtam cum alio Hermesianacte, Colophonio, athleta, de quo Pausanias Eliac. posterior. 17. Et sic est apud Antonin. Liber. cap. 39. *Ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ β'* Ut vero Hermesianax tres Elegiarum libros *Λεόντιον*, sic eius imitatione Propertius librum primum Elegiarum *Cynthia* inscripsit. Quod eius interpretes videtur latuisse. Eandem amicam, etsi haud nominat, tamen alloquitur in hoc carmine vs. 73. *Γιγνώσκεις ἀΐουσα μέγαν πόθον.* Ter Elegias laudavit Pausanias Achaic. 17. Arcad. 12. Boeot. 35. Inde etiam, praeter Antonin.

Lib. I. c. amatorias narrationes excerpsit Parthenius cap. 5. et 22. fortasse etiam cap. 2. Nam ubi vulgo editur, *Ἱστορεῖ Φιλητᾶς Ἑρμῇ*, scribere malim, *Ἱστορεῖ Φιλητᾶς καὶ Ἑρμησιάνακτ.* Ex iisdem Elegis narrationem de Menalca sumsit Scholiastes Theocriti ad Eid. VIII. 55. et in argumento Eid. IX. In *Leontio* tamen locum invenire non potuit Elegia ad Eurytionem Centaurum, quam commemorat Pausanias Achaic. 18. *ὅτι μὲν ἦν πόλισμα μικρὸν ἐξ ἀρχῆς ἡ Ὤλενος, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ μοι καὶ ἐλεγεῖον εἰς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον*, Cuius carminis argumentum forsitan fuerit Mnesimache, Oleni filia, rapta ab Eurytione, sed liberata ab Hercule. Anonymus de XII. Certaminibus Herculis ab Allatio editus, cap. 5. *πρὸς Ὤλενον δ' Ἡρακλῆς προσδεξάμενον ἵκετο, καὶ Μνησιμάχην τὴν Ὠλένου ῥυσάμενος Εὐρυτίωνος, ἦκεν εἰς Εὐρυσθέα.* Quem locum perperam accepit P. Burmannus Catal. Argonaut. v. *Eurytion.* Denique Hermesianax *Persica* scripsit. Scholiast. Nicandri: *τούτῳ δὲ τὰ Περσικὰ γέγραπται.* Ex quibus si quis potius narrationem de Nanide apud Parthenium cap. 22. quam ex Elegis, ductam putet, non magnopere repugnabo. Nunc ad ipsam Hermesianactis Elegiam, vel potius Elegiae partem, cognoscendam veniamus. Ea, teste Athenaeo l. c. ex tertio Leontii libro sumta, in *ἐρωτικῶν*, sive perdite amantium, enumeratione versatur. Ex quo patet, minus recte a F. Ursino ad Virgil. Georg. IV. 470. *Elegiam in Orpheum* inscribi.

Vs. 1. *Οἵην μὲν φίλος*] Perspicuum est ex vs. 73. et 75. haec a verbo *γινώσκεις*, vel *οἶσθα*, quod praecesserat, pendere. Poëta vera alloquitur amicam, Leontium, ut ex iis, quae paulo ante diximus, intelligitur.

Vs. 2. *Ἀργιόπην Θρῇσσαν*] Repone, quod magis poeticum est: *Ἀργιόπην Θρῄσσα στειλάμενος κιθάρῃ.* Apollon.

Rhod. IV. 905. *Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεὺς Βιστονίην ἐνὶ χερσὶν ἑαῖς φόρμιγγα τανύσσας.* Virgil. Aen. VI. 119. *Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus, Threicia fretus cithara.* Propert. III. 1. 41. *Orpheu te duxisse feras, et concita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.* Ceterum Ios. Scaliger ad Virgil. Cul. p. 27. scribit: *Quam omnes Eurydicen, eam Mimnermus vocat Agriopen.* Sed memoriae lapsu Mimnermum pro Hermesianacte posuit.

Vs. 3. *Ἔπλευσεν δὲ κακὸν*] Ex MS. Veneto ἔπλευσεν recepi. Vulgati ἔπλευσε. Pluto *δυσπειθὴς* dicitur ab Anyte Anthol. III. 24. p. 382.

Vs. 4. *Ἔνθα Χάρων*] Vulgo editur: *Ἔνθα Χάρων ἀχορὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον.* Sed poëtae manum, quam in textum revocavimus, feliciter assecutus est Lennepius Animadv. post Coluth. p. 162. Nec aliter legit perpetuus huius carminis imitator, Propertius III. 16. 23. *Exoranda canis tria sunt latrantia colla: Scandenda est torvi publica cymba senis.* Eodem modo *λίμνη πάγχοινος Ἄιδου* dicitur apud Sophocl. Electr. 187. et *Ἄιδης κοινὸς* apud eundem Aiac. 1219. et in Epigrammate Analect. Brunck. T. III. p. 290. Haec ratio nostra placet intelligentissimo talium rerum iudici, Valckenario Diatr. in Euripid. cap. 25. p. 281. At Cl. Toupius ad Theocrit. T. II. p. 399. veriorem scripturam putat: *κοίλην ἕλκεται εἰς ἄκατον.* Suo quisque sensu fruatur. 286

Vs. 5. *Λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν*] MS. Venetus, *λίμνη*. Lennepius non male scribit: *λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ Ῥεύματα ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.* Anyte Anthol. III. 32. p. 416. *Χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῖ χεῦμ' Ἀχέροντος ἔβα.* Ovidius Ibid. 77. *Quique per infernas horrendo murmure valles Imperiuratae laberis amnis aquae.* Arundineta in ripa Stygis saepe commemorantur, tanquam a Propertio II. 20. 71. *Iam licet et Stygia sedeat sub arundine remex,* ubi vide Interpretes.

Vs. 7. *Μονόζωστος καθαρίζων*] Sic correximus vulgatum *μονόζωστον καθαρίζων*. Hesychius: *Ολόζωνον, μονόστολον.* quae glossa pertinet ad Sophoclem Oed. Tyr. 856. *Εἰ δ' ἄνδρ' ἓν' ολόζωνον αὐδήσει.* ubi Scholia explicant *μονόζωνον, μόνον.*

Vs. 8. *Παντοίους δ' ἐξανέπεισε*] Olim mihi placebat, *πομπαίους θεούς*, scil. Mercurium et Charontem, ex Sophocl. Aiac. 844. Nunc pronior sim in Valckenarii coniecturam, *ἀνταίους θεούς.* Grammatici *ἀνταῖον* explicant *ἐχθρὸν, χαλεπὸν*, ut hic cupiendum, vel *ἱκέσιον* ut sumendum in Apollon. Rh. I. 1141. cuius Schol. describens Etym. M. p. 111. l. 50. addit: *Διογένης, ἱκέσιος.* ubi *Diogenes* vel *Diogenianus* est Hesychius. Vide Praef. nostram ad Hesych. *Θεοὺς* interpunctione a sequentibus separavimus.

Vs. 9. *Κωκυτόν τ' ἀθέμιστον*] Semper in voce *ἀθέ-*
287 *μιστον* offendor. Legendum: *Κωκυτόν τ' ἀπόθεστον ὑπ' ὀφρύσι μειδήσαντα.* Hesychius: *Ἀπόθεστος. οὐκ ἐπιζήτητος.* ubi verbi vim praeclare explanavit Hemsterhusius. Idem est *αἰνήθεστος*, quod Hesychius explicat *οὐκ εὐλιτάνευτος*, et *πανάθεστος*, quod *πάντα ἀπαραίτητος.* Pro eo pessime scribitur *παναίθετος.* Vulgatum *ἐπ' ὀφρύσι* in *ὑπ' ὀφρύσι* mutavi. Apollon. Rhod. III. 1023. *Ἱμερόεν φαιδρῇσιν ὑπ' ὀφρύσι μειδιόωντες.*

Vs. 11. *Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν*] Sic pro vulgato *φωνῇ* scripsimus cum Lennepio. *Θοοῦσθαι φωνὴν* est incitata voce latrare: *θοοῦσθαι ὄμμα*, oculos acriter intendere. Nicander Theriac. 227. *αὐτὰρ ἐνωπῆς Γλήνεα φοινίσσει τεθοωμένος.* Oppian. Halieut. II. 525. *Σεύονται λύσσῃ τεθοωμένοι.* Nonnus XLVII. p. 1238. *Μή σε πάλιν μανίῃ τεθοωμένον ὄψὲ νοήσω.* Sic pro *τεθεωμένον* scribendum, non *τεθελωμένον*, ut coniecit Falkenburgius. Pro *φέρων*, quod vulgo editur, corrige *φέρον*, idque ad *ὄμμα* refer. Totus locus sic instruendus est: *Ὀρφεὺς ὑπέμεινε βλέμμα κυνὸς, ἐν πυρὶ μὲν τεθοωμένον φωνὴν, ἐν πυρὶ δὲ τεθοωμένου ὄμμα σκληρὸν, φέρον δεῖμα κεφαλαῖς τριστοί-*

χοις. Haec Propertius sic expressit, III. 16. 23. *Exoranda canis tria sunt latrantia colla.* IV. 7. 52. *Tergeminusque canis sic mihi molle sonet.*

Vs. 13. *Ἔνθεν ἀοιδιάων*] *Ἔνθεν* pro *ἔνθα* etiam est vs. 24. Pro *ἀοιδιάων* MS. Venet. mendose *λυδιάων*. Rarior forma *ἀοιδιάω* bis reperitur apud Homerum Od. *E.* 61. *K.* 227.

Vs. 16. *Ἀντιόπην*] De hac Antiopa nihil mihi constat. Dalechampius ad h. l. et P. Burmannus Secundus ad Propert. II. 21. 51. eam confundunt cum Antiope, Nyctei filia.

Vs. 17. *Ἥτε πολυμνήστησιν*] Totus hic locus de Musaei amoribus tot tam foedis maculis contaminatus est, nullam ut inde sententiam elicias. Vulgo editur: *Ὅστε πόλυμν.* Sed Codices Mediceus et Venetus pro *ὅστε* habent *ἥτε*, ex quo, accentu mutato, *ἥτε* feci. Nam femininum genus postulat verbum *διαποιπνύουσα*, quod sequitur. Itaque omnia, quae deinceps dicuntur, non de Musaeo, sed de Antiopa, Cereris, ut videtur, sacerdote, intelligenda sunt. 288

Vs. 18. *Εὔοσμον κρυφίων*] Quantivis pretii lectionem praebet Codex Venetus: *Εὐασμὸν κρυφίων ἐξεφόρει λόγίων. Εὐασμὸς* est laetus clamor mulierum in sacris Cereris, sive *ἀλολυγὴ*, ut ab aliis vocatur. Plutarchus Anton. p. 951 A. *ἀκουσθῆναι καὶ βοὴν ὄχλου μετὰ εὐασμῶν καὶ πηδήσεων Σατυρικῶν.* Onomasticum vetus: *Ovatio, εὐάστη, πεζὸς θρίαμβος.* Scribe, *εὐασμὸς*, vel *εὔασμα.* Vide Valckenarium Epist. ad Röver. p. 79. Hac lectione recepta, etiam *ἐξεφόρει* nomen, quod regat, habet.

Vs. 19. *Ῥάριον ὀργίων*] Quocunque modo hic versus corrigatur, certum videtur, *Ῥάριον* cum *Δήμητρα* coniungendum esse, ut *Ceres Rharia* intelligatur; de qua, vide, quae diximus ad Homerum H. in Cerer. 450. MS. Venet. male, *διαποιπνύισα.* Apollon. Rh. IV. 1113. *Ἀμφίπολοι δέσποιναν ἐὴν μεταποιπνύουσαι.*

Vs. 20. *Γνωστὴ δ' ἐστὶ*] Sensus est: Antiope etiam mortua vivit Musaei carminibus. Hoc ad *οὐκ ἀγέραστον* vs. 15. referendum. Diocles in Analect. Brunck. T. II. p. 183. *οἰδέ με κεἶν ἀΐδῃ*. Theocr. Eid. XVI. 30. *Ὄφρα καὶ εἶν ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς, Μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῷ Ἀχέροντος.*

Vs. 23. *Ἔχον θ' Ἑλικωνίδα*] MS. Venetus, *ἔχων Ἑλικωνίδα*. Lennepius, in ceteris non audiendus, bene scribit: *ἔχειν θ' Ἑλικωνίδα κώμην*.

Vs. 25. *Πόλλ' ἔπαθεν*] Hunc locum aliquando, post
289 Casaubonum, Petitum ad Leg. Att. p. 560. et alios, meis quoque coniecturis vexavi. Nunc, omnibus iterum perpensis, non emendandum eum arbitror, sed explicandum. Hermesianax per lusum iocumque fingit, Hesiodum captum amore Ascraeae puellae, Eoeae, ut durum eius animum flecteret, *Ἠοίας μεγάλας*, sive *Καταλόγων γυναικῶν*, cuius quartus liber *Ἠοίας* comprehendebat, scripsisse, et, instituta puellae cum antiquis heroinis comparatione, singularum heroinarum, quas recenseret, hymnum ab amicae nomine *Ἠοίη* vel *Ἤ οἵη* incepisse. Sunt igitur *βίβλοι λόγων* nihil aliud, nisi *Καταλόγος γυναικῶν*. Nam ut *λέγειν* interdum dicitur pro *καταλέγειν*, *recensere*, sic *λόγος* pro *κατάλογος*, *recensio*. Huic sententiae interpunctionem accommodavi, distinguens post *βίβλους*, et *ὕμνων* referens ad *ἀναρχόμενος*. Sic enim pro *ἀναρχόμενος* recte scripsit Gu. Canterus Nov. Lect. IV. 3. Grammaticus in Vita Arati, nuper editus ab Iviarte Bibl. Matrit. p. 202. *καθάπερ γὰρ ὁ Ἡσιόδος ἔργων καὶ ἡμερῶν ἀρχόμενος, τῶν ὕμνων ἀπὸ Διὸς ἤρξατο*. Quod autem *Ἠοίας* partem *Καταλόγου γυναικῶν* dixi, id non obscure colligere licet ex veteri Grammatico, cuius Scholion pererudítum Aldi diligentia ad Hesiodi Aspidem prodidit, sed D. Heinsii socordia neglexit. [cf. Heinrich. ad Hesiodi Scutum Herc. p. 40 sq. Praef. p. LXII.] Idemque confirmat Hesychius: *Ἠοῖαι. ὁ Κατάλογος Ἡσιόδου*. Quid? ex ipso Hermesianacte

satis clare intelligitur, Ἡοίας a Καταλόγῳ non diversas fuisse.

Vs. 28. Ἥδιστον πάντων] Cum Homerus non tam suavitate carminis, quam granditate censeatur, vix dubitari potest, quin vere coniecerim: Κύδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων. Apollon. Rhod. II. 721. κυδίστην τότε δαίμονα ποησαίνοντες. Non alienum fuerit, quam vocem hic restitui, Nicandro Theriac. 8. eximere: Φίλ' Ἑρμησιάναξ, πολέων κυδίστατε πάων. Legendum: Φίλ' Ἑρμησιάναξ, πολέων κηδίστατε πάων. Nam Scholiastes docet, non clarum poëtam, Hermesianactem, intelligi, sed eiusdem nominis nescio quem, Nicandro per affinitatem coniunctum. Idem Scholiastes hunc versum ita exponens, ὦ τῶν πολλῶν συγγενῶν ἐνδοξότατε καὶ προσφιλέστατε Ἑρμησιάναξ, significat, se inter utramque lectionem fluctuasse. Nam ἐνδοξότατε pertinet ad κυδίστατε, προσφιλέστατε ad κηδίστατε. Nicander imitatur Homerum Od. K. 225. Ὅς μοι κήδιστος ἑτάρων ἦν, κεδνότατός τε. Eaedem voces confusae sunt in incerti poëtae Epigrammate Anthol. III. 12. p. 337. Μή με θοῶς κύδιστε παρέρχεο τύμβον ὁδῖτα. Corrige: Μή με θοῶς κήδιστε παρέρχεο τύμβον ὁδῖτα. Hesychius: Κήδιστοι, φίλτατοι, φροντιστικώτατοι, ἀναγκαιότατοι. Ceterum ad hunc de Homero, et alterum de Antimacho locum respexit Propertius II. 25. 45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.* item. I. 7. 3. *Atque, ita sim felix, primo (κυδίστῳ) contendis Homero.*

Vs. 29. Λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην] MSS. Venet. et Medic. Λεπτὴν δ' εἰς Ἰθ. Sed γ' melius est. Post ᾠδῆσιν minor distinctio ponenda, ut ad ἀνετείνετο referatur. Homerus cum carminibus suis in Ithacam contendit, ut Penelopae placeret.

Vs. 31. Ἣν διὰ πολλὰ παθών] Expressit Propertius II. 7. 23. *Omnia formosam propter Briseida passus.*

Vs. 33. Ἰκάρου τε γένος] Ἰκάρου γένος est Penelope: δῆμος Ἀμύκλου, καὶ Σπάρτη, Helena cum Lacedaemoniis. 290

Ἴκαρον vocat, quem Homerus Ἰκάριον. Sic alii quoque in hoc nomine variant. Vide Muncker. ad Hygin. F. 130.

Vs. 34. *Ἰδίων ἀπτόμενος παθέων*] Hanc mire venustam exquisitamque sententiam dixit ab Homero Il. T. 301. Ὣς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, *Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.*

Vs. 35. *Εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς*] Philetas in Stobaeo Grotii p. 343. *Ἀλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον, καὶ πολλὰ μογήσας Μύθων παντοίων οἶμον ἐπιστάμενος.* Hic tamen πολλὰν ἀνατλὰς non cum εὕρετο, sed paulo duriore trajectione cum καίετο Ναννοῦς coniungendum videtur.

291

Vs. 36. *Μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου*] Lennepius eleganter scribit: μαλακοῦ πνεῦμα τὸ πενταμέτρου. Bis Propertius hunc locum ob oculos habuit, I. 7. 19. *Et frustra cupies mollem componere versum.* I. 9. 11. *Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.* Mimnermo etiam elegiae inventionem tribuunt Mar. Victorinus Art. Gramm. III. p. 2555. et alii, quos laudavi ad Callimachi Fragm. p. 439.

Vs. 37. *Καίετο μὲν Ναννοῦς*] Mimnermus et tibicen et poëta tibicinam Nanno amavit. Posidippus in Anal. Brunck. T. II. p. 48. *Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίκει δύο, καὶ φέρ' ἑραστῶν, Μιμνέρμου, καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου.* Vide Strabon. XIV. p. 952. et Athenaeum XIII. p. 597 A. Eandem carmine, quod *Ναννώ* inscriptum erat, contavit. Ex quo Strabo XIV. p. 940. Athenaeus XI. p. 470 A. et Stobaeus Tit. 115. p. 592. plusculos versus conservarunt. Locutionem καίετο Νάννοῦς adversus Casaubonum egregie vindicat T. Hemsterhusius Obs. Misc. Vol. VI. T. I. p. 302.

Ibid. *Πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτῳ*] Casaubonus legebat: *Καίετο μὲν Ναννοῦς ὕπο. τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ Κνημωθεὶς, κώμους ἔστιχεν ἀθρανίῃ.* Nobis quoque aliquando placebat: πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ, ut in Phaniae Epigrammate apud Kusterum ad Suid. T. II. p. 319.

πολιῇ γνῶι δεθεὶς καμάτῳ. Sed aliud quid latere, haec Codicis Veneti lectio ostendit: πολλιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λώτῳ Κνημιωθεὶς, σίχε συνεξαμύη. In συνεξαμύη cum Veneto Mediceus consentit. Λωτὸς quidem, sive tibia, apta est Mimnermo tibicini. Sed reliqua cum hac lectione minus bene coëunt. Forte scribendum: πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κώλῳ Κνημιωθεὶς κώμους στεῖχε σὺν . . . . .

Vs. 39. Ἦχθεε δ' Ἑρμόβιον] MS. Venet. male, Ἤδ' ἤχθεε.

Ibid. Ἠδὲ Φερέκλην] Vulgatum οὐδὲ Casaubonus recte in ἤδὲ mutavit. Sed Φέρεκλον quare pro Φερέκλην scriberet, nihil caussae erat. Vide quae diximus ad Homer. H. in Cerer. 153. 292

Vs. 40. Τοιὰδ' ἔπεμψεν ἔπη] MS. Venet. τ'οιαν. Pro ἔπεμψεν, cave, ἵμελψεν scribas. Epigramma apud Gruter. p. 655. 2. οὐλοίδορα ῥήματα πέμψας.

Vs. 41. Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος] Χρυσηΐδος est patronymicum a Χρύσις, ut apud Homer. Il. Α. 111. Sed Codices Mediceus ut Venetus praebent Λυσηΐδος, ex quo libenter facerem Λυδηΐδος, si gentilis formae Λυδεὺς et Λυδηΐς exempla in promtu haberem. Fuit enim Antimachi sive uxor, sive amica, et nomine, et gente Lyda. Asclepiades in Anal. Brunck. T. I. p. 219. Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα. τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου Σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ δι' Ἀντίμαχον: — Τίς γὰρ ἔμ' οὐκ ἤειστε; τίς οὐκ ἀνελέξατο Λύδην, Τὸ ξένον Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Vs. 43. Λαρδάνην δὲ θανοῦσαν] MS. Venetus, Λαρδάνη. Suspicor, ab Hermesianacte scriptum esse: Λάρνακι νὺν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν. Homer. Il. Ω. 795. Ὀστέα χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες. Αἶψα δ' ἄρ' ἐς κοίλην κάπετον θέσαν. Anthol. III. 11. p. 337. Νικόπλιν Μαραθὼν ἐνεθήκατο τῇδ' ἐνὶ πέτρῃ, Ὀμβρίσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην.

Vs. 44. Καλλίον' ἵξαον] Codex Mediceus: Καλλέω ναίξαον διῆλθεν. Venetus: Καλλίονα ἵξαον διῆλθεν. His

confirmatur Casauboni correctio, δ' ἦλθεν, quam recepi. Reliqua non minus monstrose depravata sunt, quam quae vulgantur.

Vs. 45. Ἄκραν ἐς Κολ.] MS. Venet. Ἄκρον, ἐνεπλήσατο, et ἱερᾶς.

Vs. 46. Ἐκ παντὸς παυσάμενος] Vix sine lectorum damno omitti potest locus Plutarchi Consol. ad Apollon. p. 106 B. ἐχρήσατο δὲ τῇ ποιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμαχος
293. ὁ ποιητής. ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.

Vs. 49. Ἀηδόνος ἡράσαθ'] Post ἡράσαθ' interpunxi, ut ὕμνων cum πολυφραδίῃ coniungatur. Sensus est: Alcaeus Sapphonem deperibat, et carminum suorum venustate rivalem Anacreontem urebat, veritum, ne Alcaeus hac dote primas teneret apud Sapphonem.

Vs. 58. Προλιπὼν Σάμον] MS. Venet. λείπων Σάμον. quod placebat Valckenario.

Vs. 54. Δουρὶ κεκλιμένην] Sic Casaubonus pulcre rescripsit pro vulgato, Δοῦριν κεκλιμένην. Antipater Anthol. III. 23. p. 380. Οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δοῦρατι κεκλίμεθα. De Teo, per Herpagum capta, vide Herodotum I. 168.

Vs. 55. Τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον] Nihil verius est felici emendatione Casauboni, quam recepimus. Vulgo editur: τὸ δὲ μυρίον εἴσιθε λέκτρον.

Vs. 57. Ἀτθὶς δ' οἷα μέλισσα] Sic de certa coniectura scripsimus. Vulgo legitur: Αἴθις δ' οἷα μέλισσα. Scholiast. Sophocl. ad Aiac. 1218. ἥδιστος ὢν ὁ Σοφοκλῆς, πά-
294. λιν ἐπὶ τὸ ἴδιον ἦθος ἔκλινεν· ὅθεν καὶ μέλιττα ἐκλήθη. Suidas v. Σοφοκλῆς· προσηγορεύθη δὲ μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ. Recepimus etiam Lennepii correctionem, quae cuivis in mentem veniat, πολυπρήνα Κολωνὸν, vel potius κολώνην. Poëta alludit ad pagum Atticum, Κολωνὸν, unde Sophocles oriundus erat. In vulgatis libris est:

πολυπρίωνα κοδώνην. In *οἷα* ex vs. 41. assumendum *γεγνώσκεις*, ut vs. 85. et 89.

Vs. 59. *Ἀγεῖραι δ' ἀρειδὸς*] Codices Venetus et Mediceus: *ἀγεῖραι θειαρειδὸς*. quod forsitan aliis profuerit ad veram lectionem eruendam. Prior versus pars sic corrigenda: *Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα γεραῖραι.....* Homerus H. in Mercur. 428. *Μνημοσύνην μὲν πρῶτα θεῶν ἐγέραιρεν ἀοιδῇ.* Cel. Valckenarius *Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα* cum *ᾄδε*, deleta distinctione, coniungebat, ut Sophocles in canticis choricis Bacchum et Cupidinem cecinisse dicatur, sicut Venerem cecinit in choro Antigonae 796. Res eodem redit. — Sententiam illustrat Athenaeus XIII. p. 601 A. *Σοφοκλῆς ἦγεν εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας. — τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον.*

Vs. 60. *Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ*] Post hunc versum mihi lacunam deprehendisse videor. Nam cum Hermesianax omnium et poëtarum et philosophorum, quos recenset, amicas nominarit, quid est, quare unius Sophoclis amicam reticeret? Nec ignorare poterat, eum Theoridis et Archippae amore irretitum fuisse cum id multis seculis post cognitum habuerit Athenaeus XIII. p. 592 A. Nisi forte cum Lennepio suspiceris, in corrupto *θεαρειδὸς* nomen *Θεωρὶς* latere. Quod mihi parum probabile videtur.

Vs. 62. *Ξυννοχῶν*] Casaubonus coniecit, *ἐκ δακέων*. Sed nec *δάκος* pro *δηγμὸς* dicitur, nec satis accedit ad vitiosae lectionis vestigia.

Vs. 66. *Αἰγείων*] Casaubonus scribit, *Ἀργείην*; quod 295
nomen proprium est apud Theocrit. Eid. XVII. 53. et Apollodor. I. 9. p. 46. Certe contextus nomen amicae postulat.

Vs. 67. *Εἰσόκε τοι δαίμων*] In MS. Veneto *τοι* deest. Idem *εὕρετ'* pro *εὗρεν* habet. Ceterum hanc de Euripidis morte narrationem refellit Addaeus Anthol. III. 25. p. 396. *Οὔ σε κυνῶν γένος εἶλ', Εὐριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς Οἶστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον, Ἀλλ' Ἀΐδης καὶ*

γῆρας. ὑπαὶ Μακέτῃ δ' Ἀρεθούσῃ Κεῖσαι ἑταιρείῃ τίμιος Ἀχέλεω.

Vs. 72. Ὠρυγῇ] Adr. Heringa Observ. cap. 31. p. 284. vertit *oestro*. Sed ὠρυγὴ ab Hesychio explicatur φωνὴ, θόρυβος. κυρίως δὲ, ἡ τῶν κυνῶν φωνή. Vereor, ne poeta aliud scripserit. ταύτης πτόλεως intelligo Colophonem.

Vs. 73. *Γιγνώσκεις, αἴουσα μέγαν πόθον*] Hunc locum unius litterae mutatione sanavimus. Vulgo editur: *Γιγνώσκει καίουσα μέγαν π.* MS. Venetus peius: *Γιγνώσκει καὶ οὖσαν μέγαν π.*

Vs. 74. *Αὐτοῖς μηλείοις θήκαθ' ὑπὸ προγόνοις*] Pro absurda lectione *Μηλίοις* Heringa l. c. verissime rescripsit *μηλείοις*. Quanquam durior est interpretatio, quam addit: *amorem, quem Philoxenus primogenitis ovium foetibus, sive agnis Galateae, inesse finxit.* Vide an loco subobscuro lucis aliquid afferatur ex Athenaeo I. p. 6 F. ἐπεὶ δὲ Φιλόξενος τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη, ἐν αἷς ποιῶν τὸν Κύκλωπα, συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ περὶ αὐτὸν γενόμενον πάθος, τὸν μὲν Διονύσιον, Κύκλωπα ὑποστησάμενος· τὴν δ' αὐλητρίδα, Γαλατείαν· ἑαυτὸν δ' Ὀδυσσέα.

296 Vs. 75. *Εὐρυπύλου πολιῆται Κῶοι*] Homerus Il. *B.* 677. *Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν.* Propert. IV. 5. 23. *Eurypylisque placet Coae textura Minervae.*

Vs. 76. *Θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ*] Voces *ὑπὸ πλατάνῳ* distinctione a *θῆκαν* separavi, ut cum *μολπάζοντα* coniungantur. Nam poëtae umbram sectantur.

Vs. 77. *Βιττίδα*] *Battidem* Philetae amicam vocat Ovidius Trist. I. 6. 2. *Nec tantum Coo Battis amata suo est.* III. ex P. 1. 58. *quo non Inferius Coa Battide nomen habes.* Quem secutus Scaliger ad Propert. III. 7. 44. *Βαττίδα* in Hermesianacte legit. *Βίττις* tamen, *Βιττὼ*, et *Βίττων* usitata mulierum nomina sunt, e. g. apud Antipatrum Anthol. III. 12. p. 331.

Ibid. *Φιλητᾶν*] *Philetae* nomen saepe librariorum errore in *Philemonis*, *Philonis*, aut simile abiit. Plutarchus Pericle p. 153 A. *οὐδ' Ἀναχρέων, ἢ Φιλήμων, ἢ Ἀρχίλοχος.* Lege, *Φιλητᾶς.* Scholiastes Apoll. Rhod. III. 118. *Ἐψιόωντο, ἀντὶ τοῦ ἔπαιζον. — Φίλων δὲ, ἀντὶ τοῦ ὠμίλουν παρὰ τὸ ἔπος.* Scribe, *Φιλητᾶς.* Respicit eius *ἀτάκτους γλώσσας*, quas laudat ad IV. 989. Nam Philo Grammaticus, quem Etymologus M. saepe commemorat, recentior est, quam ut ab hoc Scholiaste laudari potuerit. Tzetzes ad Lycophr. 633. *Φιλτέας δὲ ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν, Βαλιαρίδας φησὶν αὐτὰς ὕστερον ὀνομασθῆναι.* Corrige, *Φιλητᾶς.* Hic enim *Ναξιακὰ* scripsit, ut Eudocia p. 424. et Eustath. ad Od. Y. p. 1885. testantur. Etymol. M. p. 135. l. 28. *Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλίας Ἀργανθώνων λέγουσι διὰ τοῦ ι.* Sylburgius *Φιλέας* malit. Sed scribendum, *Φιλητᾶς.* Apud Aelianum V. H. X. 6. Philetas *ποιητὴς ἑξαμέτρων* dicitur. Immo *πενταμέτρων.*

Ibid. *Περὶ πάντα Φιλητᾶν Ῥήματα*] Sic Scaliger ad Propert. l. c. legit. Quod a MSS. Veneto et Mediceo confirmatur. Vulgo pro *ῥήματα* scribitur *πήματα.*

Vs. 78. *Πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.*] *Λαλιὴ* in bonam partem pro *στωμυλίᾳ* sumitur. Leonides Anthol. III. 6. 297
p. 312. *Ἰθῦναι κοινὴν εὐκυλίκην λαλιήν.* Epigramma apud Gruter. p. 607. 4. *Ἡ λαλίη φαιδρή τε χελιδονίς.* Meleager Analect. Brunck. T. I. p. 27. *ὅ τι τᾶς φιλέρωτος Ζηνοφίλας ψαύει τοῦ λαλίου στόματος.* Vide hanc Epistolam p. 135.

Vs. 79. *Ὁπόσοι σκληρὸν*] Constructio est: *ὁπόσοι ἀνθρώπων ἐστήσαντο βίον σκληρὸν, παιόμενοι* etc. In vulgatis hic locus male interpungitur. Ceterum hinc colorem duxit Propertius, de philosophis et ipse loquens, II. 25. 23. *Sed nunquam vitae fallet me ruga severae. Omnes iam norunt, quam sit amare bonum.* et mox: *Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris Profuit?*

Vs. 82. *Μύθων κῶδος ἔχουσ' ἀρετὴ*] MS. Venet. male *κῆδος.* Theognis vs. 900. *Κυδίστην ἀρετὴν τοῖς συνιοῦσιν ἔχει.*

Vs. 83. *Οὐδ' οἵ δεινὰν*] MS. Venetus: *Οὐδ' οἶδεν ὃν ἔρωτος ἀπεστρέψαντο κυδοιμόν.* Ex his *ἀπεστρέψαντο* pro vulgato *ἀπετρέψαντο* recepi.

Vs. 84. *Δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.*] Simili sententia Meleager Analect. Brunck. T. I. p. 13. *τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.*

Vs. 85. *Θεανοῦς*] Vide Bentleium c. Boyl. p. 87.

Vs. 88. *Βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ*] MS. Venet. *Βίης ἐν σφαίρῃ.* Hemsterhusius malebat: *Βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀπομασσόμενον.* Idque, ut magis accommodatum sententiae, etiam Wyttenbachio placebat.

Vs. 89. *Οἵῳ δ' ἐχλίηνεν*] Recepimus verissimam emendationem Adr. Heringae Observ. cap. 31. p. 281. nisi quod de iudicio doctissimi Santenii vocum *ἐχρῆν* et
298 *ἔξοχον* sedes permutavimus, ut versus lenius caderet. Vulgata scriptura haec est: *Οἵῳ δ' ἐχλειημένον ἔξοχον ἐχρῆν.... εἶναι. Πολλῶν δ' ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ.* In Codice Veneto *εἶναι* ex suo loco ante *Σωκράτη* migravit. *Πολλοὶ ἄνθρωποι* sunt *vulgus*, qui saepe etiam *οἱ πολλοὶ* dicuntur. Plato Polit. IV. p. 448 A. *οἴονται τῇ ἀληθείᾳ πολιτικοὶ εἶναι, ὅτι ἐπαινοῦνται ὑπὸ τῶν πολλῶν.* Aeschines Socratic. Dial. III. 6. *φροντιστὴς ὢν, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς τῷ νῷ διαφέρων.* Vide Heringam l. c. et Abreschium Dilucid. Thucyd. p. 159.

Vs. 92. *Κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,*] Praeclare Codices Venetus et Mediceus *κουφοτέρας* pro vulgato *κουροτέρας.* *Κουφοτέρας ἀνίας* vocat sollicitudines, quibus amantes agitantur. Theocritus Eid. XVII. 52. *μαλακοὺς μὲν ἔρωτας Προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.* Quod, vereor, ut amicissimus Toupius recte ceperit. Theocritum, vel Hermesianactem imitatur Propertius II. 9. 4. *Et levibus curis magna perire bona.* Sed quid est *ἐξεπόνησε*? Lege: *ἐκ δὲ βαθείης ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεφόρησ' ἀνίας.* Hoc certe intelligi potest.

Vs. 93. *Οὐδέ τι τέκμαρ*] Propert. II. 12. 29. *Errat, qui finem vesani quaerit amoris. Verus amor nullum novit habere modum.*

Vs. 94. *Λόγων πολλὰς*] Vulgatur *λόγῳ*. Sed Heringa Observ. cap. 31. p. 281. bene rescripsit *λόγων*.

Vs. 95. *Πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ Λεινὸς*] Sic correxi vulgatum, *πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ Λεινόν*. In Veneto deest δ'.

Vs. 96. *Ὅτι ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο*] MS. Venetus, *ἀπ' ἰδανῆς*. *Ἰδάνη* ab Hesychio exponitur *τρυφερὰ, εὐπρεπής*. H. Stephanus Indice Thes. v. *Ἀπιδανεῖς* sic scribit: *Ἀπιδανὸς* pro Peloponnesio accepit Mimnermus (Hermesianax) ap. Athen. canens, *Ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο*. Asclepiades Analect. Brunck. T. I. p. 214. *Ἑρμιόνῃ ποτ' ἐγὼ πιθανῇ συνέπαιζον*. Dioscorides ibid. p. 494. *Ἡ πιθανή μ' ἔτρωσεν Ἀριστονόη*. Post *ἠράσατο* maiorem distinctionem posuimus. Solet enim poeta noster cuiusque amatoris descriptionem praemittere, et tum demum nomen subiicere.

Vs. 97. *Ἠνήνατο λέσχας*] Haec est scriptura MSS. Veneti et Medicei. Vulgo, *ἠνήσατο*. Particulam δ' abesse malim. *Λέσχαι* sunt *disputationes philosophicae*. *Φεύγων* iunge cum *ἠνήνατο*. Oppianus Cyneg. III. 375. *Εἰ δέ κ' ἀνηναμένη φεύγῃ φιλοτήσιον εὐνήν*. Reliquis alii medicinam faciant.

Huic Elegiae, temperare mihi non possum, quin illam Phanoclis apud Stobaeum Tit. 62. p. 399. adiungam, praesertim cum et ipsa in Orphei amoribus, quamvis minus honestis, celebrandis versetur. De hac autem sic statuo, nihil huius generis, quod omnibus numeris perfectius sit, ex tota antiquitate ad nos pervenisse. Talis in culta oratione simplicitas est, tam nativa venustas. Numerorum quidem lenitate ipsam Her-

mesianacteam, si quid ego iudico, superare videtur. Phanocles quando vixerit, incertum est. Post Demosthenem floruisse, et Elegos suos Ἔρωτες, ἢ Καλοὶ inscripsisse, ex Clemente Alex. Strom. VI. p. 750. intelligitur; *Δημοσθένους εἰπόντος, Πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Φανοκλῆς ἐν Ἔρωσιν, ἢ Καλοῖς γράφει· Ἀλλά τοι μοιράων νῆμ' ἄλλυτον, οὐδέ πη ἐστὶν Ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα.* Idem Protrept. p. 32. *Φανοκλῆς δὲ ἐν Ἔρωσι, ἢ Καλοῖς ἱστορεῖ, Ἀγαμέμνονα τῶν Ἑλλήνων βασιλέα, Ἀργύννου νεὼν Ἀφροδίτης ἱσταθαι ἐπ' Ἀργύννῳ τῷ ἐρωμένῳ.* Quem locum adscripsi ex certa correctione P. Leopardi Emend. IV. 4. et Io. Ionsii de Scriptor. Hist. Philos. II. 15. p. 194. quanquam Ionsius Ἔρωτας, ἢ Καλοὺς per errorem drama
300 vocat. Auctor argumenti IV. in Ovidii Metam. II. *Cycnus Stenelei filius, materno genere Phaëthonti proximus, cum Liguriam incoleret, et in ripa Eridani amnis cum vidisset corpus Phaëthontis a sororibus eius ablui, pari calamitate est concussus. Plus enim iusto deflendo propinqui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perosus caelestem ignem, paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus. Phanocles in Cupidinibus auctor.* Ex hoc opere non solum Elegia apud Stobaeum, sed reliqua etiam, quae ex Phanocle laudantur, sumta videntur. Plutarchus Sympos. IV. 5. p. 671 B. *οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου Ἄδωνιν γεγονέναι. Καὶ Φανοκλῆς, ἐρωτικὸς ἀνὴρ, ὧδέ πως πεποίηκεν. Εἰδὼς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος Ἥρπασεν, ἠγαθέην κύπριν ἐποιχόμενος.* Hieronymus Chronico p. 17. *Ob raptum Ganymedis Troi, patri Ganymedis, et Tantalo bellum exortum est, ut scribit Phanocles poëta.* ubi vide Ios. Scaligerum. Hieronymum descripsit Orosius I. 12. Quorum uterque festinanter inspectus est a N. Heinsio ad Ovid. Met. X. 83. His paucis locis, quae Scaligeri etiam diligentia collegit, Phanocles commemoratur. Nunc eius Elegiam de Orpheo audiamus.

Vs. 1. *Θρηΐκιος Ὀρφεὺς*] Hoc ex Cod. Parisino recepi de iudicio Cel. Valckenarii Diatr. in Euripid. cap. 19. p. 199. Apollon. Rhod. IV. 903. *Εἰ μὴ ἄρ' Οἰαγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεύς.* Vulgatae Editiones, *Θρηϊκίου Ὀρφεύς.*

Vs. 4. *Οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς*] Imitatur Homerum Od. Y. 23. *Τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα.*

Vs. 5. *Μελεδῶνες Ἔτρυχον*] MSS. Parisin. et Leidensis, *μελεδῶναι.* Sed alterum est Hesiodi Ἔ. καὶ Ἡμ. 66. 301
et Apollonii Rhod. III. 812. Leidensis praeterea habet *δερκομένου*, quod, tanquam elegantius, vulgato *δερκόμενον* non iniuria praefert Valckenarius l. c. Constructio est: *μελεδῶνες δερκομένου Κάλαϊν ἀεὶ αὐτὸν ἔτρυχον.*

Vs. 8. *Εὐήκη φάσγανα*] Trincavellus et Gesnerus *εὐμήκη* ediderunt. At alii libri, in his Leidensis, rectius *εὐήκη* praebent. Quam lectionem sequuntur Leopardus Emend. IV. 4. et Valckenarius l. c. Homerus Il. K. 256. *Φάσγανον ἄμφηκες.*

Vs. 9. *Πρῶτον ἔδειξεν*] *Πρῶτος* malit Brunckius Anal. Gr. T. III. p. 95. quod melius est. Haec autem Santenius noster expressa putabat ab Ovidio Met. X. 83. *Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem In teneros transferre mares: citraque iuventam Aetatis breve ver, et primos carpere flores.* Ovidium sequuntur Hyginus Astron. I. 7. et Philargyr. ad Virgil. Georg. IV. 520.

Vs. 11. *Αὐτίκα δ' αὐτὴν*] Trincavelliana et reliquae Editiones, item MS. Leid. vitiose, *αὐτίκα δ' ὑπὴν.* Sed Gesnerus bene correxit, *αὐτίκα δ' αὐτήν.* Quod in MS. Paris. reperit Grotius.

Vs. 15. *Τὰς δ' ἱερῇ Λέσβῳ*] Ovidius Met. IX. 50. *caput, Hebre, lyramque Excipis; et, mirum, medio dum labitur amne, Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua Murmurat exanimis: respondent flebile ripae. —* 302
Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi. Caput Lyrnesum delatum esse, scribit Philostratus Heroic. 10. p. 713.

ubi Olearius notula sua prodit, se Phanoclis Elegiam nunquam legisse.

Vs. 17. *Νήσους τε*] Intellige Lesbum, Chium, Samum, et alias insulas circa Lesbum sitas. Quod moneo, ne quis cum Brunckio l. c. *νῆσον* scribat.

Vs. 20. *Φόρκου στυγνὸν*] Editio Trincavell. mendose, *φόρτον στυγνὸν ἔπυθεν.* quod e libris suis Gesnerus correxit. MS. Leid. *Φ. πικρὸν ἔπ. ὕδωρ.* sicut alius apud Gesnerum. Est tamen *στυγνὸν* in Leidensis margine. Bene Grotius *Φόρκου ὕδωρ mare* exponit. Phorcum enim vel Phorcynem Homerus Od. *Δ.* 72. *ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντα* vocat. Eandem rem sic expressit Antipater epigrammate in Orpheum, Anthol. III. 25. p. 388. *οὐκ ἔτι πέτρας Ἄξεις — οὐκ ἔτι κοιμώσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν, οὐ νιφετῶν συρμούς, οὐ καταγεῦσαν ἅλα.*

Vs. 23. *Ἀρήϊοι ἔργα γυναικῶν*] Sic optime legit Leopardus Emend. IV. 4. Idque Codex Leidensis et alius apud Gesnerum confirmant. Vulgo editur: *ἀρήϊα ἔργα γυναικῶν.*

Vs. 24. *Καὶ πάντας δεινὸν*] Minus bene Leopardus l. c. scripsit: *καὶ πάντων δεινὸν* etc. Homer. Od. *Σ.* 347. *ὄφρ' ἔτι μᾶλλον Λύῃ ἄχος κραδίην Λαερτιάδην Ὀδυσῆα.*

Vs. 26. *Ἀελάθοιντο φόνου*] MS. Paris. male, *πόνου.*

Vs. 27. *Ποινὰς δ' Ὀρφῆι*] In omnibus scriptis editisque libris, insolenti genere loquendi, legitur: *Ποινὰς δ' Ὀρφῆϊ κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας.* Quod, erit fortasse, qui defendat e Plutarcho de S. N. V. p. 52 ed. Wyttenb. *Οὐδὲ γὰρ Θρᾷκας ἐπαινοῦμεν ὅτι στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναῖκας.* At vero, quod nos de coniectura in textu reposuimus, talem a simplicitate commendationem habet, ut vel morosissimo iudici placiturum speremus. Ceterum si veram, non fabulosam, qualem Phanocles tradit, stigmatum originem cognoscere velis, adeundus est Herodotus V. 6. et ibi Wesselingius.

803

Epimetrum I.

DE ORPHEI AGRIOPA.

Ad Hermesianact. 5, 1—14.

Fabula, ad quam respicit poeta, notissima est ex Virgilii Georg. IV, 45 sqq. et Ovidii Metamorph. X, 11 sqq. Attamen quam hoc loco nominatam reperimus *Agriopam* ceteri omnes dicunt *Eurydicen*, cuius recuperandae gratia Orpheum ad inferos descendisse ferunt. Operae pretium est totius fabulae vestigia, quantum fieri potest, accuratius persequi. In Argonauticis Orphicis (Vs. 40 sqq.) vates ipse inducitur suum ad inferos descensum breviter enarrans, ita tamen ut uxoris nomen omittatur:

ἀλλὰ δί σοι κατέλεξ', ὅπερ εἶςιδον ἠδ' ἐνόησα,
Ταίναρον ἡνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδόν, Ἄϊδος εἴσω,
ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο.

Licet carmen ipsum, unde deprompti sunt hi versus, ad seriorem aetatem antiquitatis Graecae referendum sit, permulta tamen, quae in eo descripta sunt, argumenta ex carminibus sive fabulis vetustissimis profecta esse videntur. Iam quidem ex hoc loco colligere non licet, utrum Orpheus uxorem ad superos reduxerit, an ipsa, ut ex fabulis serioribus demonstrabitur, urgente dira necessitate ad immanes dominos relapsa sit. Alii autem veterum scriptorum loci satis luculenter ostendunt utramque satis pervulgatam fuisse fabulam. Hermesianax enim luce clarius patefecit *Agriopam*, quam Orphei vocat uxorem, ad lucem reductam suavis vitae spiritum quoque recepisse:

ἔνθεν ἀοιδιάων μεγάλους ἀνέπνευσεν ἄνακτας
Ἀγριόπην μαλακοῦ πνεῦμα λαβεῖν βιότου.

Atque in primo etiam versu verbum *ἀνάγειν* manifesto declarat Agriopam re vera ad superos esse reductam:

Οἴην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
Ἀγριόπην, Θρῇσσαν στειλάμενος κιθάρην.

Alius est fons, unde hausit Apollodorus (I, 3 p. 16), quippe qui in ceteris quidem satis simpliciter enarret, ea tamen in re discedat ab Hermesianacte, quod Orphei uxorem nuncupat *Eurydicen*: *Ἀποθανούσης δὲ Εὐρυδίκης, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δηχθείσης ὑπὸ ὄφεως, κατῆλθεν ἐς ᾅδου, θέλων ἀγαγεῖν αὐτήν.* Paullo aliter hanc fabulam memoriae prodidit Pausanias IX, 30, 3. *ἄλλοις δὲ προειρημένον ἐστὶν, ὡς προαποθανούσης οἱ τῆς γυναικὸς, ἐπὶ τὸ Ἄοργον δι' αὐτὴν τὸ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι ἀφίκετο· εἶναι γὰρ πάλαι νεκυομάντιον αὐτόθι· νομίζοντα δέ οἱ ἕπεσθαι τῆς Εὐρυδίκης τὴν ψυχὴν καὶ ἁμαρτόντα, ὡς ἐπιστράφη, αὐτόχειρα αὐτὸν ὑπὸ λύπης αὑτοῦ γενέσθαι.* Nuper etiam repertum est vas quoddam, cuius superficies septem campis distributa inter alias res mythologicas Orpheum repraesentat atque Eurydicen, adiecta hacce inscriptione:

Legibus inferni motis, Proserpina reddi
Eurydicen iussit, sed eam mors atra reduxit.

v. Monthly Magazine 1825 N. 408. p. 218. Multo magis exornatam hanc fabulam tradidit Ovidius, qui non modo Orpheum ad inferos iam degressum preces suas decantantem proposuit nervosque ad verba moventem, sed ipsam quoque Eurydicen iam luci appropinquantem ad pallentia regna reduxit, unde nunquam ad lucem emergeret:

Hanc simul et legem Rhodopeïus accipit heros,
Nec flectat retro sua lumina, donec Avernas
Exierit valles, aut irrita dona futura.
Carpitur acclivus per muta silentia trames,
Arduus, obscurus, caligine densus opaca:
Nec procul abfuerunt telluris margine summae.

Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi,
Flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est,
Brachiaque intendens, prendique et prendere captans
Nil nisi cedentes infelix arripit auras.

Copiosius etiam quam Ovidius argumentum tractavit Virgilius, quippe qui, ut probabiliter annotavit I. H. Vossius (ad Georg. p. 885), insuper effinxerit Eurydicen morituram fugisse Aristaeum. *)

Postremo videndum, unde venerit, quod Hermesianax Orphei uxorem dixerit Agriopam. Apollodorus I, 3 p. 17. Ὑακίνθου, inquit, Θάμυρις, ὁ Φιλάμμωνος καὶ Ἀγριόπης νύμφης **), ἔσχεν ἔρωτα, πρῶτος ἀρξάμενος ἐρᾶν ἀρρένων. Ita quidem vulgo legitur; Heynius autem annotavit Cod. Pal. offerre Ἀγριότης, unde facili opera reponitur Ἀγριόπης. Sed apud Pausaniam quoque IV, 33, 4 Thamyridis mater Ἀργιόπη vocatur: παῖδα δὲ αὐτὸν Φιλάμμωνος καὶ Ἀργιόπης τῆς νύμφης εἶναι· τὴν δὲ Ἀργιόπην τέως μὲν περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκεῖν, ἐπεὶ δὲ εἶχεν ἐν γαστρὶ, ἐς Ὀδρύσας λέγουσι μετοικῆσαι. Attamen haud improbabile videtur utrumque nomen, et Ἀγριόπη et Ἀργιόπη, utpote frequenti permutationi obnoxium, proprie fuisse unum idemque, praesertim quum redeat ad vatum Thraciorum nomina collectiva, qualia sunt Orphei atque Thamyridis. Iam facile quis possit opinari in carmine nescio quo, Hermesianactis aetate Orphicis interpositio, Agriopae sive Argiopae laudes quam maxime fuisse celebratas, unde poeta Alexandrinus Orpheo illam assignaret amicam vel uxorem, sicut Mu-

*) De Aristaeo si quis plura discere voluerit, adeat praeclarum Bröndstedii Itinerarium: *Reisen und Untersuchungen in Griechenland.* Paris 1826. fol. Vol. I p. 40 sqq.

**) In Schol. Venet. ad Iliad. β, 595. οὗτος παῖς ἦν Φιλάμμωνος καὶ Ἀρσίου τῆς νύμφης, Heynius emendavit καὶ Ἀργιόπης τῆς νύμφης. Recte procul dubio.

saeo Antiopam, Hesiodo Eoeam, Homero Penelopam. Id saltem pro comperto habendum Orphei uxorem et Thamyridis matrem ex eodem cyclo mythologico ad Thraciam potissimum spectante esse profectas. Mirum est etiam, quod puerorum amoris auctor, qui apud Phanoclem est Orpheus, ab Apollodoro perhibetur Thamyris, suffragante etiam Scholiasta Veneto ad Il. *β*, 595. *Θάμυρις — ἔσχεν αἰσχρὸν ἔρωτα, πρῶτος ἀρξάμενος ἀρρένων.*

Epimetrum II.

DE MUSAEI ANTIOPA.

Ad Hermesianact. 5, 15—20.

Hunc locum varie tentarunt viri docti. Dalechampius ad Athenaeum et Burmannus ad Propert. II, 21, 51 Musaei uxorem ab Hermesianacte laudatam confuderunt cum Antiopa Nycteïde, quae quidem a Lyco Thebarum rege repudiata (hic enim Dircen alteram duxerat uxorem), vinculis constricta, Amphionem et Zethum peperit, gemellos ex Iove conceptos. Hos iam adultos Lycum interfecisse atque Dircen tauri indomiti caudae alligatam eo usque per terram traxisse fabulantur, donec dii misericordia capti eam in Dircen fontem convertissent. Narratur haec fabula nitidis coloribus exornata a Propertio IV, 14 (III, 13), 11 sqq. cf. I, 4, 5. Huc etiam spectant nomina, quae Winckelmannus Monum. ined. Tab. 85 inscripta exhibet: ZETHUS. ANTIOPE. AMPHION. cf. Hygin. fab. 7. 8. Neque ex ceteris, quas aliunde cognitas habemus, mulieribus Antiopae nomine insignitis ulla est, quae huic loco apte possit accommodari. V. Passovium ad Musaeum pag. 29. Ruhnkenius de Musaei Antiopa nihil sibi constare aperte profitetur. Accuratius in hunc locum inquisivit Passovius l. c. p. 16 sq. Pseudo-Aristoteles de mirab. Auscult. c. 143 p. 291 ed. Beckm. *Deïopam* alios dixisse ait Musaei uxorem, alios Triptolemi matrem: *Φασὶν, οἰκοδομούντων Ἀθηναίων τὸ τῆς Δημήτρος ἱερὸν τῆς ἐν Ἐλευσῖνι, περιεχομένην στήλην πέτραις εὑρεθῆναι χαλκῆν, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο, Δηιόπης τόδε σῆμα Δημήτρος, ἣν οἱ μὲν λέγουσι Μουσαίου εἶναι γυναῖκα, τινὲς δὲ Τριπτολέμου μητέρα γενέσθαι.* Inscriptionem columnae insculptam ita interpretandam esse cen-

semus: *Deïopae hocce sepulcrum, Cereris sacerdotis.* Etenim *Δημήτρος* legendum ex Cod. Vindob. pro vulg. *Δημήτριος*, quod nullius est pretii. Eandem Deïopam Ister *περὶ τῶν Ἀττικῶν* (ita quidem emendanda est librorum lectio *περὶ τῶν ἀτάκτων*. cf. Lenz. ad Istri fragm. p. 53) Triptolemi filiam atque Eumolpi matrem fuisse narrat, teste Schol. ad Sophoclis Oedip. Col. 1051. *εἶποι δ' ἄν τις, ὅτι ἀξιοῦσιν ἔνιοι πρῶτον τὸν Δηιόπης τῆς Τριπτολέμου Εὔμολπον ποιῆσαι τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ τὸν Θρᾶκα· καὶ τοῦτο ἱστορεῖν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ ἀτάκτων.* Pausanias I, 14, 2 quem de Deïopa noverit *ἱερὸν λόγον* se nolle prodere scripsit. *) Iam Passovius apud Hermesianactem Deïopam desiderari putat, non Antiopam, licet ipse, quomodo illa metro accommodari possit, se nescire profiteatur. Doederleinius autem in Symbolis philol. Helvet. I p. 248 de his rebus anxius esse non vult. „Neque enim solum, inquit, utriusque nominis significatio [*δήιος* et *ἀντίος***)] ad idem fere redit; verum etiam, quandoquidem Antiophemus ap. Pausan. X, 5 p. 809 dicatur Musaei pater, haud insolentius commiscuit fabulosarum cognitionum rationes Hermesianacteae narrationis auctor, quam cum alias unus idemque heros deusve alterius modo pater modo natus modo frater refertur.

Neutrius rationes sufficere videntur. Etenim nescio an neutiquam fuerit quaerendum, quaenam a Mythologis habita sit uxor Musaei. Satis fuerat, si quis ostendisset Musaei extitisse carmen quoddam,

*) Welckerus in Diario de arte antiq. I, p. 132. „*Δηιόπη* — von welcher als in Verbindung mit den Eleusischen Göttern stehend Pausanias einen *ἱερὸς λόγος* verschweigt, der eben kein anderer seyn möchte, als den Creuzer in der Prophezeihung auf den Demophon entdeckte." cf. Symb. IV p. 295 sq. ed. 1.

**) De utriusque nominis etymo v. Welcker l. c.

sive germanum sive suppositititium, in quo Antiopam Cereris sacerdotem celebrasset. Quod quidem certis argumentis probari non potest; nescio tamen an divinatione quadam adhibita rationem satis probabilem liceat indagari. Nimirum Pausanias I, 22, 7. IV, 1, 4. mentionem facit Hymni in Cererem, quem Musaeus ipse condidisse perhibetur (*καί ἐστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνου ἐς Δημήτρα ὕμνος Λυκομήδει*): quid igitur verisimilius, quam assumere (ut antea iam fecit Ilgenius) in hoc ipso hymno una cum dea Musaeum laudibus sustulisse eius sacerdotem? Nam sicut Hermesianax Homerum finxit Penelopae desiderio flagrantem, Hesiodum in Boeotiam proficiscentem non aliam ob causam, quam ut ambiret Eoeam, ita Musaeo amicam sive uxorem adiunxisse putandus est Antiopam. Neque tamen oppugnaverim, si quis cum Passovio Hermesianactem spectasse coniecerit Musaei ad Triptolemum carmen epicum, quamvis hymnus in Cererem sententiae in elegis Hermesianacteis pronuntiatae aptior esse videatur.

Epimetrum III.

DE ANTIMACHI LYDA.

Ad Hermesian. 5, 41 sqq.

Mimnermum iam novimus, poetam Colophonium, carmina elegiaca in unum quoddam corpus redacta Nannonis amicae suae nomini inscripsisse; cuius quidem poetae, in elegia amatoria facile principis, exemplum sequutus, Antimachus, itidem Colophonius, qui epico insuper excelluit genere, poesis elegiacae collectionem, duobus saltem [1]) vel tribus [2]) vel forsitan pluribus etiam libris distributam, *Lydae* cuidam mulieri, sive uxori sive amicae [3]), dedicasse eiusque nomen in totius carminis fronte posuisse narratur. Quod quidem luculen-

1) Id quidem manifesto patet ex Stephano Byz. v. *Λώτιον* laudante Antimachum *ἐν β' Λύδης*. fragm. 1.

2) Ex Io. H. Vossii ad Hymn. Cer. p. 150 emendatione locum huc referendum (v. ad fragm. 2) scribimus ita: *Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ γ'*.

3) Plutarchus nimirum p. 106 B. *ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε·* unde hoc unum luce clarius evincitur Plutarchum ipsum Lyden pro *uxore*, non pro *amica* habuisse Antimachi; ac paene inepta est, quam huic loco obiecit, Schellenbergii sententia p. 14. „Attamen, si matrimonio iuncti fuissent, vix existimem adeo nobilem amorem eorum factum, neque Hermesianax in carmine saepe allato de coniugali caritate loquitur, neque de hoc accipi Athenaei (XIII p. 596 F.) locus potest cett." Immo Athenaeus plane tibi adversatur, Schellenbergi, quippe qui Antimachi Lydae simpliciter dictae opposuerit *τὴν ὁμώνυμον ταύτης ἑταίραν Λύδην, ἣν ἠγάπα Λαμύνθιος ὁ Μιλήσιος.*

tissime declarat Plutarchus Consol. Apollon. p. 106 B. *Ἐχρήσατο δὲ ταυτύτῃ ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμαχος ὁ ποιητής· ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῇ λύπῃ αὐτῷ ἐπρίσατο τὴν ἐλέγειον τὴν καλουμένην ΛΥΔΗΝ* [4]*), ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωικὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις πάθεσι ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.* Hinc optime illustrare licet Hermesianactis locum, ex palmaria Hermanni [5]) emendatione ita legendum:

Λύδης δ' Ἀντίμαχος Λυκίοιο ἐν μὲν ἑρωτὸς
πλῆκτις Πανταλέοντ' ἔβλεψ' ἐπὶ βένθος ποταμοῦ·

---

4) Huc spectat etiam Athen. XIII, 70 p. 597 A. *ἑκάτερος γὰρ τούτων τῶν ποιητῶν [Ἀντίμαχος καὶ Δαμόξενος], ὡς φησι Κλέαρχος ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς, τῇ βαρβάρου Λύδης εἰς ἐπιθυμίαν πατασταῖς, ἐπόησεν ὁ μὲν ἐν ἐλεγείοις, ὁ δ' ἐν μέλει τὸ καλούμενον πόλιμα Λύδην.*

5) Hermannus in Programmate I. Hesychii glossam protulit, quae partem corruptae scripturae tueri videtur: *αἰξαόν, τὴν μέσην ὄρων*, et *αἰξάων, ὀρῶν ὑψηλῶν*. Interpretationes sane eiusdem vocis nihilum quantum diversae. Poterunt haec tamen (sic pergit Hermannus) in concordiam adduci, quum, si *αἰξάων* recte interpretatus est Grammaticus, verisimile sit, quae ad *αἰξαόν* adscripsit, ab librariis corruptum esse τὴν *μεσίαγον*. Fuerit ergo, si etiam accentui aliquid apud Hesychium tribuendum est, adiectivum *αἰξαός*, excelsum significans, mutatoque accentu substantivum *αἶξαον*, vertex montis, similiter ut ex *αἶπος* dictum est oppidum Meiseniae *Αἴπυ*. Haec quamvis incerta, tamen monent ne temere expellamus illud *αἴξαον* ex Hermesianactis versu. Certe suspicari licet, sic ab eo scriptum esse: *Τμώλιον αἴξαον κ. τ. λ.* Egregie cum his concinunt Strabonis verba lib. XIII p. 928 B. (625 Casaub.) *ὑπέρκειται δὲ τῶν Σαρδέων ὁ Τμῶλος, εὐδαίμων ὄρος, ἐν τῇ ἀκροφείᾳ οὐτωὶ ἔχων καὶ ἐξόδων λευκοῦ λίθου, Παρεῶν ἔργον, ἀφ' οὗ κατοικεῖται τὰ ἄνωθεν πεδία.*

Λαοδαμὰν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξυρὴν θέτο γαῖαν,
Τμώλιον αἶζαον δ' ἦλθεν ἀποπρολιπών
ἄστυ ἐς Κολοφῶνα, γόων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους
ἰαχὰς, ἐκ παντὸς ναυσάμενος καμάτου.

Dicit autem poeta Antimachum, Lydae amore incensum, in Lydiam profectum, deinde ipsa iam defuncta in patriam reversum esse, ubi carmina lugubria (i. e. carmina elegiaca in Lyda poemate collecta) edidit, quibus amoris fata iniqua includeret animique dolorem quasi restingueret. Itaque hoc potissimum exprimere voluit Hermesianax, Antimachum, deliciis suis mature sibi ereptis, ad elegiacum se convertisse genus idque ex Mimnermi aemulatione amatorium, in quo excolendo summam sibi comparavit celebritatem. Quod sane haud temere pronuntiatum esse veterum scriptorum integra comprobant iudicia. Et primum quidem audiamus Ovidium Trist. I, 6, 1.

Nec tantum Clario [6]) Lyde dilecta poetae,
Nec tantum Coo Battis amata suo est,
Pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhaeres,
Digna minus misero, non meliore viro.

Quanto Battidis sive Bittidis desiderio flagraverit Philetas, suo loco ostendimus; neque minus clarum iam antea fuisse Antimachi amorem ipsa declaratur Philetae vicinitate. Partes excipiat Posidippus Epigrammatographus:

Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίκειται, δύο καὶ φιλεράστου
Μιμνέρμου καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου. [7])

Si quid priori loco valuit Philetae commemoratio, maiorem etiam in se continet vim Mimnermi Nanno, An-

---

6) *Clarius* vocatur Antimachus a *Claro*, patria Colophoni vicina. v. Schellenberg. p. 5 sq.

7) Brunck. Analect. II p. 48. Recepimus Welckeri emendationem ad Theognid. p. 100. *φιλεράστου* pro vulg. *φορτικάστου*. cf. Iacobs. ad Anth. Gr. II, 1 p. 142 sq.

timachi Lydae in hoc epigrammate opposita. Denique accedat Asclepiades:

Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα, τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου
σεμνοτέρη ποιῶν εἰμὶ δὲ Ἀντίμαχον.
Τίς γὰρ ἔρ' οὐκ ἤεισε; τίς οὐκ ἀνελίξατο Λύδην,
τὸ ξυνὸν Μουσῶν χράμμα καὶ Ἀντιμάχου; [8])

Solus omnium Callimachus, invidia aut perverso quodam iudicio perductus, non sine ira et studio Antimachi Lydam pingue carmen neque satis elaboratum esse dixit, eadem fere ratione, qua Horatius (A. P. 270 sqq.) Plautum perstringere conatus est. Scholiasta ad Dionysii Perieg. p. 316 ed. Bernhardy. *Ὅτι δὲ διαβέβληται τὸ παχύ, σαφῶς ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν δηλοῖ· διασύρων γὰρ Ἀντιμάχου τὸ ποίημα τὴν Λύδην, ἔφη·*

Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν. — [9])

Sed quam iniquum veteres ipsi habuerint hocce Callimachi iudicium, docet Heraclides in Procli Comment. ad Platon. Tim. I p. 28. *Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου* (vulg. *χοιρίλλου*) *τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησεν, καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναροῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς.* Callimachus igitur non modo suum de Antimachi carminibus iniquum iudicium protulisse, sed faustam etiam Platonis iudicium reprehendisse videtur. Attamen nobis standum est potius ad partes Philosophi ingeniosissimi, quam ad poetae Grammatici, qui legibus

8) Brunck. Anal. I p. 219.

9) Ex Cod. MS. bibl. Reg. primus edidit Ruhnkenius in Auctario fragm. Callim. T. I p. 574 sq. ubi in altero loco corruptus etiam legitur versiculus: *αὐδῆσαι παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν.* — *ΑΥΔΗΣΑΙ* ortum ex *ΑΥΔΗ ΚΑΙ*, prono calami lapsu.

praeceptisque minus liberalibus artem poeticam quasi devinxit.

Id sane nemo infitias ibit Antimachi poesis elegiacae habitum atque formam multum differre ab antiquissima eius simplicitate et venustate; quod tamen in aliis quoque poesis generibus conspicere licet: ita ut pedibus eundum nobis videatur in Aug. Ferd. Naekii sententiam, quam proposuit in Choerili Samii editione praestantissima p. 73. „Quod ad elegiam attinet, non dubito, quin, quam vim Thebais Antimachi in epicam poesin, eandem fere Lyde in elegiam exercuit. Ille primus antiquam elegiae simplicitatem a Callino, Mimnermo, Tyrtaeo praescriptam, temerasse, praeclaro exemplo, dispositionem artificiosiorem, sed eandem molestiorem, doctrinae quum in rebus, tum in dictione ostentationem intalisse in hoc poeseos genus videtur. Quod quidem cum Lyda omnibus conditionibus comparari posset, elegiacum carmen fortasse nullum exstitit, si forte Hermesianactis Leontium exceperis: ac non maximo in honore fuisse apud Alexandrinos mirum illud Antimachi carmen, certe apud Callimachum non fuisse, ostendit, quod commemoravi, Callimachi fragmentum CCCXLI. Nihilominus certum est, illas, quas Antimachi Lydae adscripsi, virtutes, sive malis, vitia, in Callimachi et Philetae elegia passim, ne dicam perpetuo, occurrisse. Et profecto, prae aliis poeseos generibus elegia hoc habet, ut variis formis, hoc aevo docta, illo simplex, vel eodem aevo apud hunc poetam docta, apud illum simplex, placeat."

Praeterea argumentum Antimachi elegorum magni aestimasse veteres inde imprimis apparet, quod iam Agatharchides Cnidius, qui Ptolemaeo Physcone et Lathuro regibus inde ab Olympiade 158 usque ad 169 floruisse dicitur, Antimachi Lyden in epitomen rede-

git, [10]) quo facilior prodiret conspectus rerum in carmine descriptarum. Nec profecto solos amores elegis inclusit Antimachus, sed mythos antiquissimos eosque longiores carmini inseruit, ἐξαριθμησάμενος, ut Plutarchus ait, τὰς ἡρωικὰς συμφοράς. Mimnermum quoque iam novimus versibus elegiacis descripsisse Smyrnaeorum adversus Gygen Lydosque pugnam. [11]) Sic fragmenta docent Antimachum in Lyda procul dubio uberius exposuisse fabulas Argonauticas [12]) (fragm. 9—17), calamitates Bellerophontis (fragm. 18), probabiliter etiam Triopae migrationes (fragm. 1), raptum Proserpinae (fragm. 2), miserum Oedipodis amorem (fragm. 4).

Iam primum operae pretium erit, licet exiguae tantummodo ad nos delatae sint Lydae carminis particulae, eas tamen etiam post Schellenbergii et Blomfieldii operam [13]) diligentius colligere et, subtiliori adhibito iudicio, suo quamque loco disponere.

---

10) Photii Bibl. Cod. 213 p. 171 ed. Bekker. ἐπιτεμὼν δὲ αὐτὸν (Ἀγαθαρχίδην) φασὶ τῶν περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀναγεγραμμένων ἐν ἑνὶ συντάξαι βιβλίῳ, — ἄλλὰ καὶ ἐπιτεμὼν τῆς Ἀντιμάχου Λύδης. —

11) V. ad Mimnerm. p. 22. ad Critiam p. 132 sqq.

12) Eas tractavit etiam Mimnermus fragm. X. et Pindarus Pyth. IV.

13) Prior in singulari libello: *Antimachi Colophonii Reliquiae. Nunc primum conquirere et explicare instituit C. A. G. Schellenberg.* Halae, 1786. 8. Numerum, quem singulis fragmentis praefixit, nostrae editionis margini ascribendum curabimus. Alter in Diario classico VII p. 231 sqq. *Diatribe de Antimacho, poeta et Grammatico Colophonio.* Rep. in Gaisfordii Poetarum minor. Gr. editione Lipsiensi Vol. III p. 349 sqq.

(XXXIV) 1.

Stephanus Byz. de Urbibus p. 169 ed. Dindorf. v. *Δώτιον*· — *καὶ Δωτιὰς, ὡς Ἴλιὰς τοῦ Ἴλιος* — *καὶ Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης*·

Φεύγοντας γαίης ἔκτοθι Δωτιάδος.

Quae ab Antimacho vocatur *γαῖα Δωτιάς*, quum alibi, tum apud Strab. IX p. 442 (674) est *Δώτιον πεδίον*, cuius in Thessalia situm accuratius denotavit his verbis: *ταῦτο δ' ἐστὶ πλησίον τῆς Περραιβίας καὶ τῆς Ὄσσης καὶ ἔτι τῆς Βοιβηΐτιδος λίμνης, ἐν μέσῃ μέν πως τῇ Θετταλίᾳ.* Ex fragmento ipso quemnam elicere liceat sensum, difficillimum est demonstratu. Fortasse ad *φεύγοντας* supplendum est *Θετταλούς*, qui una cum Triopa, Helii filio, Cnidum, Asiae minoris oppidum, emigrasse perhibentur, quemadmodum narrat Diodorus V, 61. *μετὰ δὲ ταῦτα Τριόπαν — εἰς τὴν Θετταλίαν πλεῦσαι ἐπὶ συμμαχίαν τοῖς Δευκαλίωνος παισὶ, καὶ συνεκβαλεῖν ἐκ τῆς Θετταλίας τοὺς Πελασγοὺς, καὶ μερίσασθαι τὸ καλούμενον Δώτιον πεδίον. ἐνταῦθα δὲ τὸ τέμενος τῆς Δήμητρος ἐκκόψαντα τῇ μὲν ὕλῃ καταχρήσασθαι πρὸς βασιλείων κατασκευήν· δι' ἣν αἰτίαν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων μισηθέντα φυγεῖν ἐκ Θετταλίας, καὶ καταπλεῦσαι μετὰ τῶν συμπλευσάντων λαῶν εἰς τὴν Κνιδίαν, ἐν ᾗ κτίσαι τὸ καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ Τριόπιον.* De Triopio Doriensium v. Herodot. I, 144. cf. Mülleri Dor. II p. 400. Totius fabulae argumentum variatur apud Callimachum Hymn. in Cer. 25 sqq. cf. Boeckh. ad Schol. Pindar. Pyth. II, 27 p. 314 sq.

(XXXVI) 2.

Photii Lexicon p. 344 ed. Porson. v. *Ὀργεῶνες*· — *Δέλεκος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων ὀργεῶνάς φησι καλεῖσθαι τοὺς συνόδους ἔχοντας περί τινας ἥρωας*

ἢ θεούς· ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτως καλοῦσιν· ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ γ'·

Ἔνθα Καβάρνους ϑῆκεν ἀγαυλέας ὀργείωνας.

Ita fere ex Io. H. Vossii ad Hymn. Cer. p. 160 palmaria coniectura reposuimus librorum lectionem: ἐν τῇ β Λυδῇ· Γενεαῖ Καβάρνους ϑῆκεν ἀγαυλέας ὀργίωνας. Totus locus corruptior etiam extat apud Suidam T. III p. 708. ἐν τῇ Λυδῇ γενεᾷ· Καβάρνους ϑῆκεν ἀβαυλέας ὀργεῶνας. Huc respicit etiam Harpocration v. Ὀργεῶνας. H. Stephanus in Thes. L. Gr. T. II p. 1452 inepte quidem coniecit ἐν Λήδης γενεᾷ, optime autem praevidit ἀγαυλέας pro absurdo ἀβαυλέας. Valesii ad Harpocrat. p. 126 quam inepta sit coniectura: Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ· Γέννην Καβάρνου ϑῆκεν ἀγαυλέας ὀργεῶνας· nihil magis docet, quam metri ratio, ab Antimacho quippe haud temere neglecta. Blomfieldius proposuit: ἐν τῇ Λύδῃ ἐλεγείᾳ· Καβάρνους (vel Καρβάνους) μὲν ἔϑηκεν ἀ. ὀργ. — Ἐν τῇ Λύδῃ γ', i. e. *in Lydae carminis libro tertio*, ut supra vidimus ἐν β' Λύδης, *in Lydae libro secundo*. Vossius temere omisit articulum τῇ, in omnibus libris obvium. — Subiectum statuendum est Δημήτηρ. Sensus: *Ceres Cabarnos fecit inclitos sacerdotes.* Welckerus (Aeschyl. Trilogie Prometheus p. 221) haud improbabiliter vocabula κάβειρος et κάβαρνος ad eandem radicem reduxit; attamen idem quomodo paullo post referre potuerit: „doch nach Antimachus bey Suidas waren in Lydien Ἀβαυλῆς καὶ Κάβαρνος ὀργεῶνες (überhaupt)", equidem parum perspicio. Κάβαρνοι autem dicti sunt Cereris in Paro insula sacerdotes, auctore Hesychio v. Κάβαρνοι· οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς. Atque *Parum* nuncuparunt etiam Κάβαρνιν, me quidem arbitro Cereris maxime cultum respicientes in hac insula et celebratissimum et vetustissimum, sicut apparet ex Homeri Hymno in Cer. 496. ubi Δημήτηρ pro-

ponitur ἔχουσα καὶ Πάρον ἀμφιστῆναι. Sed veteres ipsi pro more satis frequenti ad certum quendam Caharnum redierunt, teste Stephano Byz. v. Πάρος, ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς Θυγατρός. — Itaque haud immerito Blomfieldius Antimachi versum rettulit ad raptum Proserpinae.

(LV) 8.

Propter Cereris cultum, ad quam totius fabulae summa in praecedentibus fragmentis referenda est, huic loco convenire videtur particula, quae solo Antimachi nomine apud Strabonem VIII p. 364 (560) laudatur: καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ·

Δήμητρός τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὅψ —

(XXXIV) 4.

Schol. ad Euripid. Phoeniss. 44.

Ὅτι δὲ Πολύβῳ ἔδωκε [Οἰδίπους] τοὺς ἵππους, καὶ Ἀντίμαχός φησιν ἐν Λύδῃ·

Εἶπε δὲ φωνήσας· Πόλυβε, θρεπτήρια τάδε
Ἵππους τοι δώσω δυσμενέων ἐλάρας.

Apud Euripidem l. c. Iocasta: Παῖς, inquit, πατέρα κτείνει, καὶ λαβὼν ὀχήματα Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν. Hinc intelligitur Antimachi distichum spectare ad nefastum illud facinus, quo perpetrato Oedipus Laii patris interempti bigas Polybo educatori θρεπτήρια porrexisse narratur. Quae quidem res viam patefacit, qua progredientibus argumentum totius fabulae ab Antimacho huic loco insertae divinare liceat. Nimirum Antimachus ut aliorum heroum hominumque, ita Oedipodis quoque fata erotica Lydae suae inclusisse videtur, quibus decantandis solatium sibi conciliare studeret. Iam vero quam commodae fuerint huic rei Oedipodis calamitates, nemo infitias ibit, qui praeclaram

illam Sophoclis expositionem scenicam (Oedip. Tyr. 795 sqq.) accuratius perspectam habuerit. Nec profecto absimile videtur Antimachum omnem narrationem petivisse a Pisandro, cuius adumbrationem memoriae prodidit Schol. ad Euripid. Phoeniss. 1760 (1748) Ἱστορεῖ Πείσανδρος, ὅτι κατὰ χόλον τῆς Ἥρας ἐπέμφθη ἡ Σφὶγξ τοῖς Θηβαίοις ἀπὸ τῶν ἐσχάτων μερῶν τῆς Αἰθιοπίας, ὅτι τὸν Λάϊον ἀσεβήσαντα εἰς τὸν παράνομον ἔρωτα τοῦ Χρυσίππου, ὃν ἥρπασεν ἀπὸ τῆς Πίσης, οὐκ ἐτιμωρήσαντο, — πρῶτος δὲ ὁ Λάϊος τὸν ἀθέμιστον ἔρωτα τοῦτον ἔσχεν. ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχρήσατο τῷ ξίφει. τότε μὲν οὖν ὁ Τειρεσίας, ὡς μάντις ἰδὼν, ὅτι θεοστυγὴς ἦν ὁ Λάϊος, ἀπέτρεπεν αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὸν Ἀπόλλωνα ὁδοῦ, τῇ δὲ Ἥρᾳ μᾶλλον τῇ γαμοστόλῳ θεᾷ θύειν ἱερά. ὁ δὲ αὐτὸν ἐξεφαύλιζεν. ἀπελθὼν τοίνυν ἐφονεύθη ἐν τῇ σχιστῇ ὁδῷ αὐτὸς καὶ ὁ ἡνίοχος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἔτυψε τῇ μάστιγι τὸν Οἰδιπόδα, κτείνας δὲ αὐτοὺς ἔθαψε παραυτίκα σὺν τοῖς ἱματίοις, ἀποσπάσας τὸν ζωστῆρα καὶ τὸ ξίφος τοῦ Λαΐου καὶ φορῶν, τὸ δὲ ἅρμα ὑποστρέψας ἔδωκε τῷ Πολύβῳ, εἶτα ἔγημε τὴν μητέρα, λύσας τὸ αἴνιγμα. μετὰ ταῦτα δὲ θυσίας τινὰς τελέσας ἐν τῷ Κιθαιρῶνι, κατήρχετο ἔχων καὶ τὴν Ἰοκάστην σὺν τοῖς ἀχήμασι, καὶ γενομένων αὐτῶν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον τῆς σχιστῆς ὁδοῦ, ὑπομνησθεὶς ἐδείκνυε τῇ Ἰοκάστῃ τὸν τόπον καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, καὶ τὸν ζωστῆρα ἔδειξεν. ἡ δὲ δεινῶς φέρουσα ὅμως ἐσίωπα· ἠγνόει γὰρ υἱὸν ὄντα. καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθέ τις γέρων ἱπποβουκόλος ἀπὸ Σικυῶνος, ὃς εἶπεν αὐτῷ τὸ πᾶν, ὅπως τε αὐτὸν εὗρε καὶ ἀνείλετο καὶ τῇ Μερόπῃ δέδωκε, κ. τ. λ. —

ἐν Λύδῃ recte legitur in ed. Iuntina, ἐν λήδῃ in Basil. unde Barnesius intempestivam fecit coniecturam ἐν Θήβᾳ, quod accepit pro ἐν Θηβαΐδι. Unicum metrum prodit ineptam illam fuisse coniecturam, propterea quod in Thebaide, carmine epico, nullus est locus versuum elegiacorum. Neque maiorem religionem declaravit idem Barnesius, qui librorum lectionem θρεπτήρια τάδε mutaret in θρ. ταῦτα, quamvis ei suffragentur

Schellenbergius et Matthiae. Nihil verae offensionis inest in vocabulo τάδε.

(XXV) 5.

Athen. XI, 38 p. 469 E. F.

Ὅτι δὲ καὶ ὁ Ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, Στησίχορος μὲν οὕτως φησίν — καὶ Ἀντίμαχος δ' οὕτωσὶ λέγει·

———, τότε δὴ εὔχρεῳ ἐν δέπαϊ
Ἥλιον πόμπευεν ἀγακλυμένη Ἐρύθεια.

Quod Schellenbergius hoc fragmentum in *Thebaidis* numero XXV collocavit, sane mirum est; etenim ne obscure quidem indicavit Athenaeus illud ad Thebaidem esse referendum: immo rationes metricae luce clarius patefaciunt priorem versum, licet *ἀνάπαλιν*, olim fuisse pentametrum, totum igitur fragmentum elegiacum. Iam praeter Lyden nullum est, quod hodie saltem novimus, Antimachi carmen elegiacum; unde magna cum probabilitate illud fragmentum Lydae vindicandum, Thebaidi abiudicandum est. — Schellenbergius, Casaubono auctore, librorum lectionem εὔχρεῳ mutavit in *χρυσείῳ*. Sed Schweighaeusero parum probabile videtur ex notissimo vocabulo *χρυσείῳ* factum rarius illud *εὔχρεῳ*, quod valere possit *εὐχρήστῳ*, *commodo*. Maiorem etiam Schellenbergius meruit levitatis notam, quod extremo versu temere sequutus est Casaubonum, qui dedit *εἰνὶ δεπάστρῳ*, quamquam optimus Cod. suffragatur librorum lectioni *ἐν δέπαϊ*. Cod. B. *ἐνδέκα*. Blomfieldius in Diario class. VII p. 237 coniecit: *τότε δὴ μὲν ἐϋχόῳ ἐν δέπαϊ σφε Ἠελίου κ. τ. λ.* vel etiam *δὴ τότ' ἐϋχόῳ*. Utrumque sine iusta ratione. Iacobs. ad Anth. Gr. III, 3 p. 845. *εὐχόῳ δέπαϊ ᾧ* — Altero versu Cod. A. *πομπεῖ*. B. *πόμπει*. P. *πέμπει*. Editiones *πέμπεσκεν*. Iacobs. l. c. et Schweighaeuserus, quum Codicum lectio ad metrum non esset accommo-

data, coniecerunt πόμπευεν, alter etiam πομπεῖ ἢ ὠγαλ. Praeeunte etiam Dindorfio priorem coniecturam recepimus, quippe quae et sententiae optime respondeat et facile explicari possit ex litterarum compendio quodam. — De Solis poculo v. ad Mimnerm. fragm. IX. cf. ad Critiae Carm. p. 131. — Ἐρύθεια idem fere significat, quod apud Mimnermum IX, 8. χῶρον Ἑσπερίδων, ita tamen ut nomine Ἐρύθεια pars tantummodo regionis occidentalis denotetur; ex Hesiodi enim narratione insulam esse intelligitur Theog. 983. ἀμφιρρύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ.

6. (XXXVII)

Etymolog. M. p. 375, 40.

Ἕρκτωρ, ὁ πρακτικός. Ἀντίμαχος·

——— τῶν μεγάλων ἕρκτορες εἰσὶ κακῶν.

Quod quidem fragmentum ex Lyda depromptum esse nihil aliud docet, nisi metrum elegiacum. Cod. Batav. praebet οἱ τῶν μεγάλων κ. τ. λ. unde Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. p. 607 integrum versum reposuit huiuscemodi:

ὅσσοι τῶν μεγάλων ἕρκτορες εἰσὶ κακῶν.

7. (LVII)

Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1008.

Δύπτοντες κεφαλάς. Ἀντὶ τοῦ δύνοντες τὰς κεφαλάς. — Δύπτειν δέ ἐστι τὸ δύνειν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ·

δύπτασι δ' ἐξ ἁλὸς ἐρχομένοις,

πρότερος δὲ Ἀντίμαχος·

Ἤνεκ' τις καύηξ δύπτῃ εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Schellenbergius satis probabiliter coniecit hoc fragmentum ad Lyden pertinuisse; quod unum hoc carmen semper Apollonii Scholiasta ad partes vocasset. Sed diversa est ipsius versiculi scriptura. Vulg. ἤνεκ'

τις καύηξ δύπτη ἐς ἁλμυρὸν πέλαγος, metro haud dubie invito; quam ob rem divinum Fr. Aug. Wolfii ingenium versum sanavit hoc pacto: ἠΰτε τις καύηξ δύπτων ἐς ἁλμυρὸν ὕδωρ. Quae quidem medicina quam salutaris fuerit huic ulceri misere illato, conficitur ex lectione Codicis Parisini: ἠΰτε καύηξ δύπτει εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ. Duplici hac Codicum varietate comparata talem hunc locum restituere conati sumus, qualem supra repraesentavimus. — ἠΰτε, sequenti coniunctivo, eandem vim habet atque ὡς ὅτε, ut in Homeri Iliad. ρ, 547.

ἠΰτε πορφυρέην ἰριν θνητοῖσι τανύσσῃ Ζεὺς κ. τ. λ.

De voce καύηξ, quae denotat avem quandam voracem, vide Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 312. Rutgersius Var. lectt. II, 20 coniecerat: ἠΰτε τις κ. δύπτησιν ἐς ἁλμυρὸν ῥέθμα.

(LXX) 8.

Schol. ad Aristoph. Plut. 718.

Ὅτι ἐν τῇ Τήνῳ, μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσῳ, ὄφεις καὶ σκορπίοι ἐγένοντο. — διὸ καὶ τὸ παρὰ Ἀντιμάχῳ·

——— Τήνου τ' ὀφιοέσσης.

Schellenbergius hoc fragmentum in Lyda collocandum esse censet, ubi occasio fuerit de infortunio Zetae et Calais dicendi, qui a iustis Peliae funebribus redeuntes, in Teno insula ab Hercule occisi sunt. v. Apollon. Rhod. I, 1304 et Acusilaum ap. Apollodor. III, 15, 2 ibique Heynii annot. Zetes autem atque Calais in Argonautarum numero posuisse Antimachum ostendit fragm. 9. Unde Weberus quoque p. 266 illud hemistichium in ordinem carminum elegiacorum recepit. — Neque solo epitheto ὀφιοέσσα gaudebat Tenus insula, sed antea quinetiam ipsa vocata erat Ὀφίουσσα. v. Stephan. Byz. v. Τῆνος.

9. (XXXVIII)

Schol. ad Apollon. Rhod. I, 211.

Ζήτης αὖ Κάλαΐς τε. Τούτους ἐκ διαφόρων τόπων συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις φασίν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ Θρᾴκης, ὡς Ἀπολλώνιος, Ἡρόδωρος δὲ ἐκ Δαυλίδος, Δοῦρις δὲ ἐξ Ὑπερβορέων. καταλέγει δὲ τούτους καὶ Ἀντίμαχος.

Quanquam huic fragmento et nro. 12. 17. non inscriptus est carminis titulus, eius tamen argumentum Argonauticum revocat ad Antimachi Lydon.

10. (XXXIX)

Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1290.

Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ φησὶν ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα, διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος.

Schol. Pindari Pyth. IV, 303 ad Antimachum respicere videtur his verbis: *οἱ δὲ [φασὶν], ὅτι ἐφ' οὗ ἂν ἐκαθέσθη τόπου τῆς νηὸς, ἐκεῖ ἡ ναῦς ἔκλινεν.*

11. (XLIII)

Schol. ad Apollon. Rhod. III, 409.

Ταύρῳ χαλκόποδε. καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους τοὺς ταύρους ἀπεφήνατο.

In Cod. Paris. pro *Ἡφαιστοτεύκτους* falso legitur *χαλκόποδας*, quod epitheton Apollonius tribuit Aeetae tauris, non Antimachus, confirmante insuper Scholiasta ad Pindar. Pyth. IV, 398. *τοὺς πυρίπνους ταύρους Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους λέγει.*

12. (XLIV)

Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 156.

Ἐν τούτοις καὶ τοῖς ἑφεξῆς φησὶ τὴν Μήδειαν ἐπῳδοῦσαν ἀρκεύθῳ τὸ φάρμακον κοιμίσαι τὸν δράκοντα, ἐπᾴ-

δρυφαν, καὶ οὕτω τὸ κῶας ἀνελέσθαι· καὶ χωρῆσαι ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν ναῦν, κοιμωμένου τοῦ θηρίου· συμφώνως Ἀντιμάχῳ.

(XLVI) 13.

Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1153.

Ἴστέον, ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν· Ἀντίμαχος δὲ ἐν Λύδῃ ἐν Κόλχοις πλησίον τοῦ ποταμοῦ μεγῆναι αὐτῇ [Μηδείᾳ] φησὶ τὸν Ἰάσονα.

(XLVI) 14.

Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 259.

Ἡσίοδος δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις, καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ φησιν ἐλθεῖν αὐτοὺς [τοὺς Ἀργοναύτας] εἰς Λιβύην, καὶ βαστάσαντας τὴν Ἀργὼ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος γενέσθαι.

(XLI) 15.

Schol. ad Apollon. Rhod. II, 296.

Στροφάδας φησὶ κεκλῆσθαι διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας αὐτόθεν ὑποστρέψαι, στραφέντας εἰς τοὐπίσω· λαβὼν παρὰ Ἀντιμάχου· οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ Λύδῃ περὶ αὐτῶν μέμνηται. Οἱ δὲ Στροφάδας φασὶν αὐτὰς κεκλῆσθαι, καθὸ ἐπιστραφέντες ἠύξαντο τῷ Διὶ καταλαβεῖν τὰς Ἅρπυιας. Κατὰ δὲ Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον καὶ Ἀπολλώνιον οὐ κτείνονται.

(XLII) 16.

Schol. ad Apollon. Rhod. II, 297.

Αἱ Πλωταὶ νῆσοι μετωνομάσθησαν Στροφάδες. μέμνηται αὐτῶν καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ.

(XL) 17.

Schol. ad Apollon. Rhod. II, 178.

Ἀγηνορίδης. Ἀγήνορος γὰρ παῖς ἐστιν (Φινεύς), ὡς Ἑλλάνικος. ὡς δὲ Ἡσίοδός φησιν, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνο-

ρος καὶ Κασσιεπείας. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀντίμαχος καὶ Φερεκύδης φησίν.

18.

Schol. Venet. ad Iliad. ζ, 200.

Ἐπειδὴ τὰς μὲν εὐτυχίας εἰώθασιν ἀναφέρειν εἰς τὴν θεοφιλίαν, τὰς δὲ δυστυχίας εἰς ἀπέχθειαν θεῶν, τὴν μεταβολὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ Βελλεροφόντου εἰκότως εἰς ἀπέχθειαν θεῶν ἀνατέθεικεν. ὅτι δὲ πολλή τις ἡ κατ' αὐτὸν μεταβολὴ γέγονε, δηλοῖ ἃ καταλέγει δυστυχήματα αὐτοῦ. Ἴσανδρον μὲν γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἄρης μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε, Λαοδάμειαν δὲ τὴν θυγατέρα χωσαμένη χρυσήνεως Ἄρτεμις ἔκτα. — Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ, ὅτι τοὺς Σολύμους ἀνεῖλε θεοῖς ὄντας προσφιλεῖς, διὰ τοῦτο μισηθῆναι αὐτὸν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν.

Animi caussa adiiciamus aliquot fragmenta, sive ad Thebaidem sive ad aliud quoddam Antimachi poematum genus referenda, quae in Schellenbergii et Blomfieldii collectionibus plane desiderantur.

1.

Herodian. περὶ μονήρους λέξεως p. 4 ed. Dindorf. καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ κοινσάλεος·

Τῷ δ' αὖτ' ἀμφὶ κονισάλεον πεπονήατο δίφρον.

Schellenbergius nro. LXXV. ex Etymol. M. p. 261 duo tantum vocabula recepit Κονισσάλεον δίφρον.

2.

Ibid. p. 36, 32. ἀλλὰ καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ·

——— ἀεὶ φάρεος χατέουσιν ἔχων —

3.

Ibid. p. 32, 33.

φολύες κύνες, παρὰ τῷ Ἀντιμάχῳ.

4.

Draco Strat. p. 33 ed. Hermann: παρ' Ἀντιμάχῳ·

Οἱ δὲ πάροιθε πόνοιο νενεύκασιν ἄλλοις ἐπ' ἄλλῳ.

Pro πάροιθε in MS. est πάροιθεν. cf. Schaefer. ad Greg. Cor. 166.

5.

Im. Bekkeri Anecdot. Gr. p. 1187.

Ἔστι γὰρ τῷ κυανοχαίτου, καὶ γίνεται κατὰ μεταπλασμὸν τῷ κυανοχαίτη, καὶ οὐκ ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ι, οἷον ὡς παρ' Ἀντιμάχῳ·

Πατρί τε κυανοχαίτα Ποσειδάωνι πεποιθώς.

6.

Ibid. p. 261, 19.

Ζειροφόρος: ὁ Ἅιδης παρὰ Ἀντιμάχῳ.

7.

Ibid. p. 1223.

Ταλαώ, Ταλαῶο (Genitivus), ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ.

8.

Ibid. p. 1386.

Κάρηας μὲν γὰρ οὐχ οἷόν τε ἐστὶ παραλαμβάνειν τὴν εὐθεῖαν, ἐχρῆν δὲ παραλαμβάνειν παρὰ Ἀντιμάχου εὐθεῖαν, οἷον

οἰκέτην θέσκε κάρηαρ,

ἀλλ' οὐχὶ κάρηας.

9.

Ibid. p. 1416.

Πύδης, Πύδου, ὄνομα ποταμοῦ, ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ·

καδδ' ἐναπύδηρέοντα (sic).

τοῦτο δὲ ἐναντίως ἔκλινεν ὁ Ἀντίμαχος. ὅτε μὲν γὰρ ἰαμβικόν ἐστιν, ἰσοσυλλάβως αὐτὸ κλίνει, ὡς ἐπὶ τῆς λιχθείσης

χρήσεως· ὅτι δὲ σπονδιακόν ἐστιν, περιττοσυλλάβως αὐτὸ κλίνει, οἷον

Πύδητος καὶ τηλαυγέτου ποταμοῖο.

10.

Ibid. p. 1422.

Ὅτι δὲ καὶ τοῦ τάλας τάλαντος ἦν ἡ γενικὴ, δηλοῖ ὁ Ἱππῶναξ εἰπών· τί τῷ τάλαντι Βουκάλλῳ συνῴκησας; καὶ ὁ Ἀντίμαχος δὲ γινώσκει τὴν διὰ τοῦ γς κλῖσιν, ἐν οἷς φησὶν

οἱ δὲ τὸν αἰνοτάλαντα κατέσσυγον.

11.

Ibid. p. 1393.

Τὸ Λάδων (ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ) ὑπὸ Ἀντιμάχου διὰ τοῦ ω κλίνεται ἀναλόγως, οἷον Λάδωνος.

12.

Arati Vita I. Vol. II. p. 441 ed. Buhl.

Ἴσως καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ·

Γηγενέας τε θεοὺς προτερηγενέας τε Τιτῆνας.

Epimetrum IV.

DE VOCE ἈΛΙΜΥΡΗΣ.

Ad Phanoclis fragm. 1, 17.

Vox ἁλιμυρής, apud Homerum binis locis ἁλιμυρήεις, minus accurate explicatur a Grammaticis et Lexicographis, utpote qui exempla Homerica sequuti, Iliad. φ, 190. *Ποταμῶν ἁλιμυρήεντων*, Odyss. ε, 460. *Ποταμὸν ἁλιμυρήεντα*, plerumque interpretentur, *εἰς θάλασσαν ῥεῖν*. Quod quidem simpliciter ita explicare rationes etymologicae vetant. Etenim compositam esse vocem ex dativo *ἁλί* et verbo *μύρεσθαι* luce clarius. Iam verbo *μύρεσθαι* tribuitur quidem significatio *fluendi* a Grammaticis veteribus, sed nescio an non illis necessitate coactis. Etymolog. M. p. 595, 28. *Μύρεσθαι, τὸ κλαίειν· παρὰ τὸ ῥεῖν τὰ δάκρυα· ἀπὸ τοῦ μύρω, τὸ ῥέω.* Schol. Venet. B. ad Iliad. φ, 190. *Κυρίως μύρεσθαι τὸ ἐπὶ μόρῳ τινὸς θρηνεῖν, ὅπερ καὶ ἐνταῦθα Ἀρίσταρχος οὐ καλῶς ὑπενόησε, διὰ ψιλοῦ γράφων τοῦ ῡ. δηλοῖ γὰρ τοὺς τὴν ἰδίαν μοῖραν εἰς βάλλοντας ἐν ἁλί.* Scholiastae igitur scribendum videbatur ἁλιμοιρήεντων, quo spectat lectio Cod. Mosc. 2. ἁλιμοιρείντων. v. Heyne ad h. l. Attamen Aristarchi ratio est vera, cui favet etiam Eustathius ad Odyss. ε, 460. *Ὅτι ἁλιμυρήεντα, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι, ποταμὸν λέγει τὸν εἰς ἅλα μυρόμενον, ἤγουν κατά τινα ποιὸν ἦχον ῥέοντα. ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου μύρεσθαι καὶ τὸ μορμύρειν γίνεται, ὡς ἐκ τοῦ μαίρειν τὸ μαρμαίρειν παράγεται.* Simplicissima, ad quam redeundum, vox probabiliter est *μοῖρα*, quatenus significat *τὴν εἱμαρμένην, θάνατον*, ut Iliad. ε, 83. ζ 488, ubi conferatur Porphyrius in Scholiis Venet. Similiter *μόρος*, Latine *mors*. Ex voce *μοῖρα* si quis sibi finxerit verbum, id erit *μοίρεσθαι*, quod quamvis non valeat usu, omni tamen non est

destitutum fundamento, ut apparet quum ex Latino *moerere*, tum ex lectione Scholiastae Venet Il. φ, 190. Sed pro frequenti diphthongi οι et litterae υ permutatione (κύλα et κοῖλα, ἐπικυλίδες et ὑποκοιλίδες, κύλη, κύλιξ, κοῖλος. Latine *moerus* et *murus*, *poena*, *purpura*) usu tritum videmus verbum μύρεσθαι, ex rationibus etymologicis idem denotans, quod Latinum ipsi cognatum *moerere*. Sic Homer. Il. ζ, 373. γοόωσά τε μυρομένη τε. ρ, 437 sq. δάκρυα δέ σφιν θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισιν. cf. ρ, 441. σ, 284 sq. τ, 5. 6. 215. 340. χ, 427. Favent verba idem significantia κινύρομαι et ὀδύρομαι. Omnis autem *fletus moerens* (Cic. Tusc. I, 13) coniunctus est strepitu quodam ac murmure, quod denotatur primitiva vi *sonandi*, *obstrependi*, qualis postea etiam valuit in verbo reduplicativo, μορμύρειν, Lat. *murmurare*, atque etiam in exemplo Hesiodio Scut. 182. πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον; se. ἱδρώς; ubi verbum μύρειν falso explicatur ῥεῖν, *fluere*.

Ad hanc rationem optime licet accommodare exempla Homerica et quae sunt serioris aetatis, in quibus offertur vocabulum ἁλιμυρήεις sive ἁλιμυρής. Iam autem si quis Homeri ποταμοὺς ἁλιμυρήεντας dixerit esse *fluvios in mare fluentes*, hoc quidem non adversabitur rerum naturae, minime tamen suffragantur Phanoclis ἀγγαλοὶ ἁλιμυρέες, Apollonii Rhodii I, 913 et Oppiani Hal. II, 258. πέτρη ἁλιμυρής. Itaque hi loci poetarum Alexandrinorum ad propriam illius vocabuli vim indagandam longe praestant, quam Grammaticorum seriorum arbitrariae exponendi rationes. cf. Wolfii Praef. ad Iliad. p. XLIII sq. Sed ut paucis defungamur, vocabulum ἁλιμυρής significat aliquid, quod aut *strepitu quodam in mare effunditur*) κατά τινα κοιὸν ἦχον ῥεῖν Eustath.), ut fluvius, (unde in Orphei Argon. 346. ποταμῶν ἁλιμυρέα ῥεῖθρα), aut *quod maris fluctibus circumstrepitur*, ut ripa et rupes, idem fere quod Lucretii I, 306. *fluctifragum littus*.

Epimetrum V.

AD SOLONIS, MIMNERMI ATQUE CRITIAE RELIQUIAS.

1.

Fauste fortuna accidit, ut Angelus Maius, homo in scrutandis Codicibus palimpsestis experientissimus, praeter alia antiquitatis monumenta hucusque tenebris obruta, etiam Diodori Excerpta detegeret atque in lucem emitteret *), quae nobis suppeditant aliquot Solonis elegos, inter eosque distichum ad hunc usque diem prorsus ignotum. Cuius notitiam primus mecum communicavit Welckerus, deinde Passovius totius loci apographum sua annotatione et emendatione ornatum mihi roganti Oppolium misit. Iam primum talem transcribamus hunc locum, qualis primum editus est; deinde emendandi et disponendi pericula proponamus. Cap. XXV p. 20 sq. ed. Mai. p. 23 ed. Dindorf. *Ὅτι Σόλων ὁ νομοθέτης παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους καταλύειν τὸν τύραννον, πρὶν τελέως ἰσχυρὸν γενέσθαι· αὐδῶντος δὲ αὐτῷ προσέχοντος, ἀναλαβὼν τὴν παναπλίαν προῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν γεγηρακώς· καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμαρτυρόμενος, ἔφησεν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τῇ πατρίδι συνδιενεγκεῖν βεβοηθηκέναι τὸ κατ' αὐτὸν μέρος· τῶν δὲ ὄχλων ἀγνοούντων τὴν ἐπιβουλὴν Πεισιστράτου, συνέβη τὸν Σόλωνα εἰπεῖν*

*) V. *Scriptorum veterum nova collectio e Vaticanis Codicibus edita ab Ang. Maio.* Tom. II. Romae, 1827. 4. Diodori Excerpta separatim et emendatius edidit Lud. Dindorfius hac indice: *Diodori bibliothecae historicae.* 1. VII—X et XXI—XL. Lipsiae, 1828. 8.

λέγοντα παραπέμπεσθαι. λέγεται δὲ Σόλων καὶ προειπεῖν τοῖς Ἀθηναίοις τὴν ἐσομένην τυραννίδα δι' ἐλεγείων·

ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης,
βροντὴ δ' ἐκ λαμπρᾶς γίνεται ἀστεροπῆς.
ἀνδρῶν ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· εἰς δὲ μονάρχου
δῆμος ἀϊδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσεν.
λείης δ' ἐξεραντα ῥαϊδίον ἐστὶ κατασχεῖν
ὕστερον, ἀλλ' ἤδη χρὴ πάντα νοεῖν.

Ultimum distichum antea prorsus desiderabatur. — Vs. 1. *πέλεται* confirmatur ap. Plutarch. Solon. 3. *χαλάζης*, pro quo in Cod. Vat. legitur *θαλάττης*. Maius ex Plutarcho l. c. et Diog. L. I, 50 summo iure reposuit. — Primum distichum apud Plutarch. excipit alterum, quod hic et apud Diog. omittitur:

ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτὴν
μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

Eandem sententiam pronuntiavit Cicero pro Cluentio c. 49. *Ex quo intelligi potuit id, quod saepe dictum est, ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari, sic et populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus ut vehementissimis tempestatibus concitari.* — Vs. 3. *μονάρχου* in Cod. Vat. consentiente Diogene. Sed Diodorus XIX, 1 praebet *τυράννου*, quod nobis olim praeferendum videbatur: hodie tamen secus cogitantibus magis placet altera lectio, qua maior apparet antithesis, in vocibus *μονάρχου* et *δῆμος* conspicua. — Vs. 4. *ἀϊδρείῃ*. Sic Cod. Vat. Diod. Exc. et Diodor. XIX, 1. Apud Diog. duo MSS. suppeditant *ἀϊδρείῃ*, MS. Palat. *ἀΐδρης ὤν*, unde editores finxerunt *ἄϊδρις ἐών*, quod pro explicatione sincerae lectionis habendum est. — Extremo versu Cod. Vat. *δουλοσύνης*, quod Maius iam correxit. — Vs. 5. „*ἔξεραντα*. Ita evidenter cod., quod vocabulum non explico. Sed neque *ἐξέρασμα* satis placebat." Haec annotavit editor Romanus. Passovius autem ad me scripsit: „Quam bene gnarus sit linguae

Graecae, in fragmento Solonis nunc primum edito novis argumentis probavit Ang. Maius. Satis quidem corruptum istud est distichon, ita tamen ut sententia facillime et certissime, versus haud sine probabilitate restitui possit. Sic enim refingenda videntur verba:

Δείης δ' ἑξάραντα [τὸ] ῥᾴδιον ἔστι κατασχεῖν
ὕστερον· ἀλλ' ἤδη χρὴ [τάδε] πάντα νοεῖν.

De emendatione *ἑξάραντα* non est quod addam. Articulum absorpserat praecedentis vocabuli syllaba extrema, neque ad sententiae integritatem desiderabatur: *τὸ ῥᾴδιον* pro *ῥᾳδίως* dictum est, quemadmodum *τὸ λοιπόν*, *τὸ πρῶτον* et similia apud Matth. Graec. Gramm. 2. p. 573. quibus adde *τὸ καλὸν* = *καλῶς*, Valck. Theocr. 3, 3. 18. Iacobs. ad Callim. Epigr. 8, 1. et Pompei. iun. 2, 1. *τὸ πᾶν* = *πάντως* Theocr. 3, 18. alia v. ap. Bergl. ad Alciphr. I, 36 p. 216 Wagn. Possis etiam *λείην*, sed nolim quicquam mutare: genitivus pendet ab inf. *κατασχεῖν*. Explica, *ῥᾳδίως ἔξεστι λείης ὕστερον κατασχεῖν τὸν αὐτὴν ἑξάραντα*. Quod supplevi in pentametro, si non scripsit poeta, scripsisse tamen potest." Aliquantulum me offendebat articulus, quam vir acutissimus voci *ῥᾴδιον* anteposuit; quam ob rem in Ephemeridibus Halensibus a. 1828 nr. 290 aliam emendandi viam ingressus sum:

λείης δ' ἑξάραντ' ἄρα ῥᾴδιόν ἐστι κατασχεῖν
ὕστερον.

Inter vocem *ἑξάραντα* et *ῥᾴδιον* quam facile syllaba *ρα* semel fugere potuerit librarium leniter dormitantem, non est quod explicemus. Neque sensus prodit ineptus: *ῥᾴδιόν ἐστιν ἄρα ὕστερον κατασχεῖν λείης μόναρχον ἑξάραντα αὐτήν*, *Iam facile est monarchum praeda sublata postea eam manibus tenere*; i. e. *ubi tyrannus semel imperio potitus fuerit, haud temere quis ei eripiet summam potestatem*; Dindorfio contra non dubium videtur pro *ῥᾴδιον* sententiam poscere *οὐ ῥᾴδιον*. Bene, si quis *λείης* dependere assumat a corrupto vocabulo *ἑξάραντα*, pro

quo quid revocandum arbitretur non declaravit vir doctissimus, nisi forte propensior fuerit ad Maii ἐξέρασμα. — Vs. 6. Dindorfius lacunam explevit praepositione περὶ, quae sane noto compendio scripta ante vocem πάντα quam facillime potuit excidere.

Iam denique plenum octostichium emendatius prodibit hocce:

Ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης,
βροντὴ δ' ἐκ λαμπρῆς γίγνεται ἀστεροπῆς.
ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτὴν
μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.
ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται, εἰς δὲ μονάρχου
δῆμος ἀϊδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσεν.
λείης δ' ἐξάραντ' ἄ[ρα] ῥῄδιόν ἐστι κατασχεῖν
ὕστερον· ἀλλ' ἤδη χρὴ [περὶ] πάντα νοεῖν.

2.

In *Mimnermi* reliquiarum numero VI collocavimus distichum, quo Mimnermus vitae spatium ad sexagesimum usque annum sine morbis et curis percurrendum sibi exoptavit:

Αἰ γὰρ ἄτερ νούσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
ἑξηκονταέτη Μοῖρα κίχοι θανάτου.

Huic epigrammatio Solo alterum opposuit, quo Mimnermi sententiam vituperavit. Neque tamen unicum illud fuit poetae Colophonii distichum, quod Atheniensium legislator perstrinxit, sed audiamus Plutarchum in Comp. Solonis et Poplicolae c. 1. Ἔτι τοίνυν ἃ τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε (Σόλων)·

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισιν
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς,

δρυφαν, καὶ οὕτω τὸ κῶας ἀνελέσθαι· καὶ χωρῆσαι ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν ναῦν, κοιμωμένου τοῦ θηρίου· συμφώνως Ἀντιμάχῳ.

(XLVI) 13.

Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1153.

Ἴστέον, ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν· Ἀντίμαχος δὲ ἐν Λύδῃ ἐν Κόλχοις πλησίον τοῦ ποταμοῦ μεγῆναι αὐτῇ [Μηδείᾳ] φησὶ τὸν Ἴάσονα.

(XLVI) 14.

Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 259.

Ἡσίοδός δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις, καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ φησὶν ἐλθεῖν αὐτοὺς [τοὺς Ἀργοναύτας] εἰς Λιβύην, καὶ βαστάσαντας τὴν Ἀργὼ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος γενέσθαι.

(XLI) 15.

Schol. ad Apollon. Rhod. II, 296.

Στροφάδας φησὶ κεκλῆσθαι διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας αὐτόθεν ἐποστρέψαι, στραφέντας εἰς τοὐπίσω· λαβὼν παρὰ Ἀντιμάχου· οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ Λύδῃ περὶ αὐτῶν μέμνηται. Οἱ δὲ Στροφάδας φασὶν αὐτὰς κεκλῆσθαι, καθὸ ἐπιστραφέντες ἠθέλησαν τῷ Διὶ καταλαβεῖν τὰς Ἁρπυίας. Κατὰ δὲ Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον καὶ Ἀπολλώνιον οὐ κτείνονται.

(XLII) 16.

Schol. ad Apollon. Rhod. II, 297.

Αἱ Πλωταὶ νῆσοι μετωνομάσθησαν Στροφάδες. μέμνηται αὐτῶν καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ.

(XL) 17.

Schol. ad Apollon. Rhod. II, 178.

Ἀγηνορίδης. Ἀγήνορος γὰρ παῖς ἐστιν (Φινεύς), ὡς Ἑλλάνικος. ὡς δὲ Ἡσίοδός φησιν, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνο-

ρος καὶ Κασσιεπείας. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀντίμαχος καὶ Φερεκύδης φησίν.

18.

Schol. Venet. ad Iliad. ζ, 200.

Ἐπειδὴ τὰς μὲν εὐτυχίας εἰώθασιν ἀναφέρειν εἰς τὴν θεοφιλίαν, τὰς δὲ δυστυχίας εἰς ἀπέχθειαν θεῶν, τὴν μεταβολὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ Βελλεροφόντου εἰκότως εἰς ἀπέχθειαν θεῶν ἀνατέθεικεν. ὅτι δὲ πολλή τις ἡ κατ' αὐτὸν μεταβολὴ γέγονε, δηλοῖ ἃ καταλέγει δυστυχήματα αὐτοῦ. Ἰσανδρον μὲν γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἄρης μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε, Λαοδάμειαν δὲ τὴν θυγατέρα χωσαμένη χρυσήνεως Ἄρτεμις ἔκτα. — Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ, ὅτι τοὺς Σολύμους ἀνεῖλε θεοῖς ὄντας προσφιλεῖς, διὰ τοῦτο μισηθῆναι αὐτὸν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν.

Animi caussa adiiciamus aliquot fragmenta, sive ad Thebaidem sive ad aliud quoddam Antimachi poematum genus referenda, quae in Schellenbergii et Blomfieldii collectionibus plane desiderantur.

1.

Herodian. περὶ μονήρους λέξεως p. 4 ed. Dindorf. καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ κοινσάλεος·

Τῷ δ' αὖτ' ἀμφὶ κονισάλεον πεπονήατο δίφρον.

Schellenbergius nro. LXXV. ex Etymol. M. p. 261 duo tantum vocabula recepit Κονισσάλεον δίφρον.

2.

Ibid. p. 36, 32. ἀλλὰ καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ·

——— ὠεὶ φάρεος κατέουσιν ἔχων ———

3.

Ibid. p. 32, 33.

φολύες κύνες, παρὰ τῷ Ἀντιμάχῳ.

4.

Draco Strat. p. 33 ed. Hermann: παρ' Ἀντιμάχῳ·

Οἱ δὲ πάροιθε πόνοισι νενεύκασιν ἄλλοις ἐπ' ἄλλῳ.

Pro πάροιθε in MS. est πάροιθεν. cf. Schaefer. ad Greg. Cor. 166.

5.

Im. Bekkeri Anecdot. Gr. p. 1187.

Ἔστι γὰρ τῷ κυανοχαίτου, καὶ γίνεται κατὰ μεταπλασμὸν τῷ κυανοχαίτα, καὶ οὐκ ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ι, οἷον ὡς παρ' Ἀντιμάχῳ·

Πατρί τε κυανοχαίτα Ποσειδάονι πεποιθώς.

6.

Ibid. p. 261, 19.

Ζειροφόρος: ὁ Ἅιδης παρὰ Ἀντιμάχῳ.

7.

Ibid. p. 1223.

Ταλαώ, Ταλαῶο (Genitivus), ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ.

8.

Ibid. p. 1386.

Κάρηας μὲν γὰρ οὐκ οἷόν τε ἐστὶ παραλαμβάνειν τὴν εὐθεῖαν, ἐχρῆν δὲ παραλαμβάνειν παρὰ Ἀντιμάχου εὐθεῖαν, οἷον

οἰκέτην ἔθηκε κάρηαρ,

ἀλλ' οὐχὶ κάρηας.

9.

Ibid. p. 1416.

Πύδης, Πύδου, ὄνομα ποταμοῦ, ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ·

καδδ' ἐναπύδηρέοντα (sic).

τοῦτο δὲ ἐναντίως ἔκλινεν ὁ Ἀντίμαχος. ὅτε μὲν γὰρ ἰαμβικόν ἐστιν, ἰσοσυλλάβως αὐτὸ κλίνει, ὡς ἐπὶ τῆς ληχθείσης

χρήσεως· ὅτε δὲ σπονδιακόν ἐστιν, περιττοσυλλάβως αὐτὸ κλίνει, οἷον

Πύδητος καὶ τηλεκλήτου ποταμοῖο.

10.

Ibid. p. 1422.

Ὅτι δὲ καὶ τοῦ τάλας τάλαντος ἦν ἡ γενικὴ, δῆλοῖ ὁ Ἱππῶναξ εἰπών· τί τῷ τάλαντι Βουπάλῳ συνῴκησας; καὶ ὁ Ἀντίμαχος δὲ γινώσκει τὴν διὰ τοῦ ης κλίσιν, ἐν οἷς φησὶν

οἱ δὲ τὸν αἰνοτάλαντα κασίστνηον.

11.

Ibid. p. 1393.

Τὸ Λάδων (ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ) ὑπὸ Ἀντιμάχου διὰ τοῦ ω κέκλιται ἀναλόγως, οἷον Λάδωνος.

12.

Arati Vita I. Vol. II. p. 441 ed. Buhl.

Ἴσως καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ·

Γηγενέας τε θεοὺς προτερηγενέας τε Τιτῆνας.

mentum hoc, *τηλέπορόν τι βῶμα λύρας*. Verior autem videtur illa nominis forma quam Platonis et Plutarchi libri praebent, maxime cum alibi etiam Cydiae nomen frequentatum inveniatur. Vid. Schweigh. ad Ath. 13 p. 569. a. et Paus. 10, 21." — Quoniam Plutarchus l. c. hoc ordine laudat *τὸν Μίμνερμον καὶ τὸν Κυδίαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον*, probabile est *Cydiam* poetam fuisse antiquissimum (forsitan etiam propter Mimnermum et Archilochum, eius vicinos, *elegiacum*), qui saltem ante Stesichorum et Pindarum floruerit. Qui ab Aristophanis Scholiasta vocatur *Κυδίδης*, mihi quidem alius esse videtur atque *Κυδίας*.

Hinc conficitur Langium frustra dedisse operam Critiae Reliquiarum editionem novo fragmento locupletandi. Magis autem nostris rebus favet locus Herodiani *περὶ μονήρους λέξεως* p. 40 ed. Dindorf. v. *Ὀότης. τὸ δὲ παρὰ Κρατίᾳ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὀρσότης ἀντὶ τοῦ ὁρμὴ περάσιμον.* — *Κρατίας* est scriptor plane obscurus: corrigendum est haud dubie *παρὰ Κριτίᾳ*, ex cuius *Ὁμιλίαις* alterum quoque servatum est fragmentum, quod in nostra editione reperitur sub titulo 40. p. 105.

In Platonis Civitate II p. 367 E haec verba leguntur: *Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ τε Γλαύκωνος καὶ τοῦ Ἀδειμάντου ἠγάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἤσθην καὶ εἶπον· Οὐ κακῶς εἰς ὑμᾶς, ὦ παῖδες ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς, τὴν ἀρχὴν τῶν ἐλεγείων ἐποίησεν ὁ Γλαύκωνος ἐραστὴς, εὐδοκιμήσαντας περὶ τὴν Μεγαροῖ μάχην, εἰπών·*

παῖδες Ἀρίστωνος, κλεινοῦ θεῖον γένος ἀνδρός.

Ad hunc versum respicit Aelius Aristides T. II p. 73 ed. Iebb., ubi Plato dicitur *ὁ τοῦ ἐπιγράμματος μετέχων, καὶ δι' ὃν τὸ Ἀρίστωνος γένος θεῖόν ὡς ἀληθῶς.* Quod quidem significat ipsius Platonis, quippe qui Aristonis fuerit filius, laudes hoc epigrammate celebrari.

Eiusdemque Aristidis Scholiasta p. 144 ed. Frommel. annotavit: *Ἐπίγραμμα ἦν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ Ἀριστωνος, λέγον οὕτως·*

Ὦ παῖδες κλεινοῦ, θεῖον γένος . . . .

Τινὲς οὖν φασιν, ὅτι διὰ μόνον Πλάτωνα τὸ θεῖον εἶπε, ἵνα δηλώσῃ, ὅτι θεῖός ἐστιν, ἄλλοι δέ φασιν, ἐπειδὴ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἠρίστευσεν. Aristonis illud esse epigramma ipsum vetat argumentum; ideo fallax atque inanis iudicanda est Glossatoris sapientia. Philologo autem prorsus indigna est Frommelii temeritas, in notis exponentis: „Extat hoc epigr. inter Brunckii Anal." cett., quem locum si accuratius indicare voluisset, profecto non poterat, propterea quod ille versus nusquam in Brunckii Analectis reperitur.

Schleiermacherus ad Civitatis Platonicae interpretationem germanicam p. 537 poetam elegiacum a Platone excitatum *Critiam* esse voluit: „Dieser Elegienschreiber ist ohne Zweifel Kritias, von dem Plutarchos auch Verse aus einer Elegie an den Alkibiades (fragm. 8. 4) anführt, und es wird wohl kein Widerspruch seyn, wenn er hier ein Liebhaber des Glaukon genannt wird, im Charmides aber ziemlich als ein Liebhaber von diesem erscheint, der ein Mutterbruder des Glaukon war." — Iam ego in Critiae reliquiarum editione p. 45 ostenderam *ἐν τῇ εἰς Ἀλκιβιάδην ἐλεγείᾳ* ex dicendi formula *καὶ νῦν* abunde liquere non Alcibiadem solum, sed alios quoque viros perillustres a Critia celebratos fuisse elegis, quos olim utrumque illud excepisset distichum hucusque servatum. Neque ideo inepta mihi videtur eiusdem Schleiermacheri coniectura, ex Aristidis loquutione, *ὁ τοῦ ἐπιγράμματος μετέχων*, concludentis illum versum pertinuisse ad prooemium quoddam epigrammaticum Critiae elegis praemissum. Nimirum Plato ipse versiculi sedem, quam olim in scriptoris opere obtinuisset, significavit *τὴν ἀρχὴν τῶν ἐλεγείων*,

unde, si quidem re vera Critiae est, mire comprobantur ea, quae in eius elegorum fragmenta animadvertimus p. 25 sqq. ita ut corpus elegorum politicorum initium cepisse videatur ab hocce versu:

Παῖδες Ἀρίστωνος, κλεινοῦ θεῖον γένος ἀνδρός.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 6 lin. 19. corrige *Μοισῶν*.
- - - 20. corrige *ταχυπειθής*.
- - - 23. corrige *δὲ ποτ' ἀκρίδας*.
- 7 lin. 16. Ante omnia respectus habendus participii *ἀξιῶν*, unde patet Plutarchi narrationem ita esse intelligendam, ut, si quis Prodicum aut Philetam civitati cuidam administrandae praeponere voluerit, stupide agat, non reapse ad civitatis cuiusdam gubernacula unquam accessisse Philetam.

Pag. 13 extr. Propertii locus ex nuperrima Iacobi interpretatione scribendus videtur hoc modo:

Tu — satius, — memorem Musis imitere Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.

Pag. 15 lin. 9. dele *περὶ πάντα*.
- 15 extr. *Battiades* imprimis appellatus esse videtur Callimachus *Batti filius*. Cf. p. 12 suprema.

Pag. 28 lin. 4. post *πῆμα* pone comma.

Pag. 29. Aug. Meinekius ad Euphorionem p. 18 de Philetae *Ἑρμῇ* ita iudicavit: „Quos Stobaeus Eclog. Phys. p. 156 Heer. e Philetae *Ἑρμῇ* attulit versus, eos et ipsos aliquando ad Eratosthenem referendos putabam. Nunc quominus Philetae nomen retineatur non impedio, modo ne quis quod Strabo Lib. III p. 256 Alm. servavit distichon elegiacum, ex eodem carmine, epico certe hexametrico, petitum arbitretur, quae Tyrwhitti aliorumque fuit sententia." Sed non Strabo solum, etiam Stobaeus (fragm. 5) distichum servavit, cui lemma praepositum est *Ἑρμοῦ*. Pag. 25 Strabonis locum vir doctissimus emendandum putavit *Φιλητᾶς ἐν Ἑρμείᾳ*, neque minus Parthenii locum, ubi distinctis litteris scriptum est *Φιλητᾶς Ἑρμῇ* (non

Ἑρμᾷ), ad Philetae Hermeam quendam esse referendum. Idem Meinekius pro insigni ipsius humanitate observationes quasdam mecum communicavit sua manu scriptas, quas serius ad me pervenisse vehementer doleo, et in quibus hunc locum hisce verbis expedivit: „De Ἑρμῇ coniecturam periclitatus sum ad Euphor. p. 18. 25. De qua utcunque statuatur, certe Gaisfordii audacia improbanda est, qui apud Stob. Florileg. 118, 4 corruptum in margine nomen Εἰρήνης in Ἑρμῆς mutandum versusque illos e Philetae Ἑρμῇ ductos coniicit in Indice. Pro Εἰρήνης legendum esse Ἠρίννης alio ~~loco~~ docebo." Ingeniosa profecto coniectura eademque satis probabilis. Equidem Gaisfordii audaciam silentio praetermittendam esse existimaveram.

Pag. 37 fragm. 8, 1. πεφύρησαι χαλεποῖσιν est idem quod Solonis δ, 61. κακαῖς νούσοισι κυκώμενον.

Pag. 39 lin. 13. supple *perspexit*.

Pag. 44 lin. 2. De loquutione τὰ μέτρια v. Matthiae Gramm. Gr. Vol. II p. 573. — Meinekius quoque Philetam nulla, quae vulgo habeantur, scripsisse epigrammata et fragmenta illa ad elegiaca carmina revocanda esse censet.

Pag. 51 lin. 3 corrige *Cypseli*.

Pag. 56 lin. extr. corrige *aperuit*.

Pag. 57. De platano patulis diffusa ramis locus classicus extat in Platonis Phaedro p. 230 B.

Pag. 65 not. vs. 2 lin. 3. corrige εὐδαιμονέα.

Pag. 77 fragm. 54. Meinekius coniecit τὴν ῥυπώδη γῆν, idque verissime.

Pag. 82. In Kayseri editionem p. 31 sq. Meinekius acutissime animadvertit: „Tota haec de Philetae Naxiacis disputatio concidit loco Etymol. M. p. 795, 12. παρὰ τὸ φιλῶ, φιλτὸς ῥηματικὸν ὄνομα, οὗ παράνομον Φιλτέας, ὡς πρῶτος Πρωτέας, ἄριστος Ἀριστέας. Φιλτέας δέ ἐστιν ὁ καλούμενος ἱστορικός, ὁ τὰ Νάξια (l. Ναξιακὰ) συνθείς. Ex quo manifestum est etiam apud Eustathium, cuius verba adscripsit Kayserus, pro Φιλήτας legendum esse Φιλτέας. Eudociae auctoritatem, quam Eustathii commentarios passim ad verbum exscripsisse constat, nemo obvectet. Iam illud etiam intelligitur, non recte Franckium apud Eustathium pro Callino Callimachi nomen reposuisse. Quis enim praestet Philteam illum non perantiquum fuisse scriptorem, ut iure cum Callino componi potuisse videatur." Iam quidem corruunt profecto Philetae Naxiaca, cuius

ruinae in hac nova editione nullum adhuc apparere vestigium merito dolendum est.

Pag. 99 lin. penult. corrige *Antoninus*.

Pag. 116 sqq. Ex Hermanni programmate, cuius in praefatione mentio est facta, observationum et coniecturarum spicilegia his additamentis commodissime inserenda esse videntur.

Vs. 3. Herm. mavult *ἀπευθὲς χῶρον*, sive is ignorabilis intelligendus, sive ex quo nulla venit fama.

Vs. 4. Herm. coniecit *ἀόκνῳ*. — Gu. Ern. Weberus in Diario schol. censuram agens opusculi Rigleriani a. 1829 nr. 2. Goettlingii proposuit coniecturam *ἀκαλήν*. Hesych. *ἄκαλα, ἄψοφα, ἥσυχα. ἀκαλόν* (mutato accentu), *ἡσυχον, πρᾶον, μαλθακόν*.

Vs. 5. Herm. nobiscum consentiens nihil mutandum censet, „Si quid suspectum in hoc loco, est id *ῥυομένη*, inusitata, sed propria tamen significatione positum, ut non videatur mutandum esse. Si tamen, *συρομένη* praestaret aliis coniecturis."

Vs. 8. Herm. pro verbo *ἐξανέπεισε*, quod non solum propter aoristum pro imperfecto positum, sed magis etiam propter totius loci rationem vitiosum esse versus 13 doceat, reponendum censet *ἐξανέλισσε*, quo poeta significet Orpheum securum inter inferni horrores omnium celebrasse laudes deorum. Sed nescio an non poeta ipse tam accuratam et constantem sententiarum habuerit rationem. Omnes Orpheus sibi propitios reddidit deos infernos, imprimis autem Plutonem atque Proserpinam, *μεγάλους ἄνακτας*.

Vs. 9. 10. Hermannum offendit *ἠδὲ καί*, cuius, ut paullo minor pravitas, elegantior non minor sit, quam illius inscriptioni Crissaeae iterum iterumque frustra obtrusi *καί τε*. v. Boeckhii Corp. Inscr. Gr. Vol. I tit. 1 Praef. pag. XXII. Sed hoc loco *ἠδὲ καί* idem valere videtur atque nostrum *und sogar*. Iam Herm. proposuit: *Κώκυτόν τ' ἀνέθιστον ἐπ' ὄφρύσιν οἰδήσαντα εἶδε, καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνός*.

Pag. 121 ad vs. 10 lin. 5. corrige *πεντηκοντακάρηνον*.

Vs. 17. Herm. emendationem *πολὺν μύστησιν* novissimis editoribus assignavit, quanquam a Blomfieldio profectam.

Vs. 19. Herm. scribendum putat *Ῥάριον ὀργιῶνι νόμῳ διεκοσμήνουσα Δημήτρᾳ*. Weberus l. c. suam interpretationem

ex I. C. Orellii coniectura fluxisse profitetur: *Ῥήριον ὀργίων* (s. *ὀργειὼν*) *ἀνὰ λείμανα ποιηνύουσαν Δήμητρι*. Nobis acquiescendum videtur in ea quam in ordinem recepimus coniectura, ubi tamen dativi formam *Δημήτρᾳ*, a Codicum vestigiis proximam, temere negleximus.

Vs. 21. Hermanno, quum *μίλαθρον* vix aliter quam de sede Cumana intelligi possit, parum apte Boeotus dici videtur Hesiodus. Itaque commendat Rigleri et Axtii coniecturam *Κυμαῖον ἀποπρολιπόντα μίλαθρον*. Sed quaeritur, an Hesiodus non eodem iure vocari possit *Βοιωτός*, quo Mimnermus, Colophone natus, etiam Smyrnaeus, Tyrtaeus, natu Atheniensis, etiam Milesius atque alii aliter denominati sunt a sedibus postea electis.

Vs. 25. corrige *λόγων*.

Vs. 28. Herm., qui comma posuit post *φυλάσσει*, simplicem sententiam amplectitur, aeternum esse Homerum; unde sic postam scripsisse suspicatur: *ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπολῶν ᾠδῇσιν*. „haec enim verba coniungenda sunt: *dulcissimum deorum* Amorem *carminibus colens*. Recordabatur, nisi fallor, quod Hesiodus dixit, *ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν*. Non habeo aliud exemplum verbi *μουσοπολεῖν*, sed exemplis in hoc genere non opus. Eodem modo, nisi quis forte id hic quoque praeferat, *μουσοποιεῖν* dixit Aristophanes Nub. 334." — Iam suo quisque fruatur iudicio.

Pag. 133 vs. 26 in altera pentametri parte, accuratam sententiae interpretationem sequutus, rationes metricas, ut passim, prudens violare coactus eram.

Vs. 33. Herm. nobiscum revocans formam Homericam *Ἰκαρίου*, cetera felicius tentasse videtur: *κλαῖεν δ' Ἰκαρίου*.

Vs. 35. Hic quoque Hermanni delectamur consensu: „Nullo pacto, inquit, fieri potest, quod Ruhnkenio videbatur, ut *πολλὸν ἀνατλὰς* coniungatur cum *καίετο μὲν Ναυσοῦς*. Alia haec mala, quam amoris curas, fuisse crediderim: ac mox graves inimici memorantur Hermobius et Pherecles."

Vs. 37. *Πολιῷ*, nisi forte *σχολίῳ*, Herm. exquisitius dictum arbitratur de *senili* tibia, quacum interpretatione conferatur nostra. In ceteris vir sagacissimus eandem nobiscum sequutus est et emendationem et explicationem, quippe qui hodie pro *δέ τε* etiam librorum lectionem *δ' ἔτι* retinendam censuerit, atque bellissime *συνεξανύειν* ad Mimner-

mum rettulerit, quod tibicinam ipse tibicinem sequebatur.

Vs. 38. Weberus l. c. coniecit *κώμους ἐκλυσιν εἰχ' ἁνίης* sive *εὖρ' ἁνίης*.

Vs. 39. Herm. quoque observans verbum *ἀχθέω* aeque inusitatum esse ut *ἐχθέω*, totum locum optime sanare videtur: *δήχθη δ', Ἑρμόβιον τὸν ἀεὶ βαρὺν ἠδὲ φερέκλην ἐχθρὸν μισήσας οἳ' ἀνέπεμψεν ἔπη.* i. e. *Poenituit eum carminum, qualia effuderat, quum semper sibi gravem Hermobium inimicumque Pherecletem odio persequeretur.* Acute enim perspexit Herm. hanc in verbis illis sententiam requiri, amore constrictum odium abiecisse Mimnermum inimicorum, cum quibus antea graves iras exercuisset; quemadmodum Hermesianax in fine fragmenti Aristippum ab solitis disputationibus refugisse dicat. — Ceterum in nostra editione corrigendum est *ἠδὲ*, quod typotheta dissimxit *ἢ δὲ*.

Vs. 43 sq. De ingeniosa Hermanni coniectura iam supra disputatum est p. 241. Goettlingius autem apud Weberum l. c. proposuit:

Λαρδανίην δὲ, θανοῦσαν ὅτ' ἐν ξηρῇ θέτο γαίῃ,
καλλίον εἰδὼς ἦλθεν ἀποπρολιπὼν κ. τ. λ.

Vs. 44. Osannus ad Apulei. 23 coniecit *Κιλλάνιον πεδίον*.

Vs. 45. Cum Herm. scribendum *ἄχρην*.

Vs. 51. Herm. „MSS. *Ἀναχρίων*, quod praeferrem, si *ἐφαμίλησεν* plene scriptum invenirem. Valde enim insolenter penultima sub ictu versus producitur, et facillime id evitare potuerat poeta, si scripsisset, *καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς Ἀναχρείων ἐφίλησεν.*" —

Pag. 149. Ultimus versus, quem typothetae nescio quo casu transpositum esse video, primum locum occupare debet.

Vs. 54. Herm. proposuit *δούρει*, sicut *δόρει* dicitur, quamvis nemo facile inveniat, quo illud exemplo defendi possit.

Vs. 55. Herm. coniecit *τὸ δ' ὁμούριον εἶχιδε Λεκτόν* (immo *Λεκτόν*).

Vs. 59. Sero demum exploravi Reisigium, virum *κριτικώτατον*, litterarum incommodo diis Manibus nuper aggregatum, in enarratione Oedipi Col. pag. IV proposuisse:

Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἀναγεῖραι εἶαρι εἰδὼς
[φθέγμα τὸ...] Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

Hermannus autem:

Βάκχον καὶ τὸν ἔρωτ' ἀνέγειρε Θεωρίδος; . .
. . . . . Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

„Lacuna quid continuerit, plane incertum: sed tamen, opinor, aut, cuiusmodi quid suspicatus est Ilgenius, *arte ab Iove accepta*, ut *τεχνοσόφῳ φρενί, τήν*, aut de senectute, ut *καὶ γεραιῷ γὰρ ἐρᾶν*, utrumvis, si in fine hexametri *οἶσθα* fuit." Nobis acquiescendum videtur in iis, quae in ordinem recepimus.

Pag. 154 in not. lin. 9. corr. *τέχνην*.

Pag. 155 in not. lin. 10. *ὥςπερ* pro *ἥδιςπερ*.

Vs. 62. Herm. sic corrigendum putat: *καὶ σπανίων μῖσος κτώμενον ἐκ συνόδων*, provocans Moschopulum in Vita Euripidis: *σκυθρωπὸς δὲ τὸ ἦθος ἦν καὶ ἀμειδὴς καὶ φεύγων τὰς συνουσίας· ὅθεν καὶ μισογύνης ἐδοξάσθη.*

Vs. 66. Herm. *Αἰγειῶν* scribendum suadet, quod, si cum praecedentibus verbis coniungatur, per se nihil habeat, quod improbari possit, siquidem urbs Aegea Macedonici regni sedes fuerit. Neque tamen eorum improbat sententiam, qui hic quoque mulieris nomen, quam Euripides amaverit, latere sint suspicati.

Vs. 68. Herm. „Languet *ἀμφὶ βίου*, etiam si de vita luctatum cum canibus dici Euripidem credas. Quare *Ἀμφιβίου* scriptum fuisse puto. Moschopulus eum hominem Lysimachum vocat." Coniectura sane ingeniosissima eademque simplicissima.

Pag. 159 lin. 3. corrige *cadat*.

Vs. 71. Herm. *παιδευθέντα* explicat *castigatum*: „respicit enim, inquit, poeta poenam, qua affectus, a Dionysio fuerat Philoxenus: unde ille *τιναχθείς*, vehementer commotus, *ὠρυγῇ*, magno cum eiulatu per urbem Colophonem transiit, quum se in patriam Cythera reciperet." Quae quidem interpretatio nescio an sit exquisitior quam verior.

Vs. 75. Corrige *ἀοιδόν*.

Vs. 77. Corrige *θοήν*. Herm. „Libri *Βιττίδα*. Id quum Graecum nomen esse docuit Ruhnkenius, non refutavit Scaligerum, qui Ovidii duobus locis adductus *Βαττίδα* scribendum censuit. Non est enim credibile, nomen, quod ex ipsius Philetae carminibus notum esset, ab aliis aliter esse scriptum. Itaque nisi in Ovidii locis peccasse librarios ostendetur, corrigendus erit Hermesianactis versus." —

Vs. 78. Hermanno scribendum videtur τρυόμενον, quanquam librorum lectio explicari potest.

Vs. 80. Herm. perelegantem et fortasse veram designat Heinrichii coniecturam σκυτίην.

Vs. 81. Herm. scribendum putat αὖὴ pro αὐτή, „*quos anhelans cura disputando de rebus amoris macilentos reddidit. Μικρὰ* vel amori opposita, vel acuta intellige, ut Platoni πικρὸς ἔρως dictus, si sic scripsit, apud Athen. p. 589 C."

Vs. 82. Etiam Herm. defendit lectionem κῆδος contra Ruhnkenii κῦδος. „Certe non minus apte, nisi aptius etiam curam in dicendo suam ponens, quam gloriam dicendi nacta exsangues reddere sophistas dicitur gravis illa virtus."

Vs. 83. Herm. retinendam censet lectionem Aldinam οὐδ' οἳ δεινὸν, quod usui epicae dictionis congruum, ut apud Homer. οὐδὲ μὲν οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν. Et quum pateat, non dici illos non aversatos esse bellum Amoris, sed propulsare nequivisse, probabiliorem habet alteram scripturam ἀπεστρέψαντο.

Vs. 84. Elegantissima est Hermanni emendatio, φθανόμενος δεινὸν, sed dubitandum, an eadem sit verissima. — Pag. 169 l. 5. corr. φαινομένοτ.

Vs. 88. Herm. itidem retinendum iudicat ἀποτασσόμενον, *distribuentem*, laudans eundem huius verbi usum apud Diophantum in Brunckii Anal. II p. 307. τοῖς προπόλοισι πιεῖν χρῆσ' ἀποταξάμενος.

Vs. 92. Herm. eandem atque ego interpretationem sequutus, „Ἐξεπόνησε, inquit, non mutaverim propter insolentius addita ἐκ βαθείης ψυχῆς. Nam quum ex profunda mente leviores curas elaborasse Socrates dicitur, in his eum curis mentem suam, alias in rebus gravissimis occupatam, exercuisse significat poeta."

Vs. 94. Herm. „Recte libri λόγῳ. Hoc enim dicit poeta, non potuisse facto finem invenire Socratem, quum tamen verbis ubique se expedire didicisset. Non male legeretur, οὐδέ τι τέκμαρ εὗρ' ὁ λόγῳ πολλὰς εὑρόμενος διόδους."

Vs. 95. Herm. ἄνδρα δὲ Κ. ἔσω π.

Vs. 96. Herm. „Scribendum ἀπιθάνης, non quod Aristippus eam magna pecunia conduxerit, sed quod florida aetate difficilis aditu fuit, de qua re scriptum apud Athenaeum XIII p. 570 B. C. 885 D."

Vs. 98. Herm. „Quid res exigat, non obscurum videtur. Aeginam enim cum Laide petere consueverat Aristippus, teste Athenaeo p. 588 E. *Ἀριστιππος δὲ καὶ ἔτος συνδιημέρευεν αὐτῇ ἐν Αἰγίνῃ τοῖς Ποσειδωνίοις.* Nec solo id Neptuniorum tempore factum esse, idem Athenaeus indicat p. 544 D. *διέτριβε δ' ὁ Ἀριστιππος τὰ πολλὰ ἐν Αἰγίνῃ τρυφῶν.* Hinc litterarum vestigia sequenti facilis se offert coniectura: *φεύγων εὐλιμένων ἐξ Ἐφύρης ὁρίων.*" —

Pag. 193. Formam *μελεδώνη* nuper etiam Heinrichius ad Cic. de Re pub. p. 161 exterminandam esse censuit. Sed aut nominativus *μελεδώνα*, aut accusativus Aeolicus *μελεδώνας* extat praeterea apud Sapphonem fragm. XI ed. Neue.

Pag. 197 not. lin. 3. corr. *Myrtili.* lin. 15. *Ἀνφησσός.*

Pag. 202 not. lin. 7. rescribe *pedem dactylicum.*

DE

PHILETAE COI VITA SCRIPTISQUE.

PHILETAM [1]) patria fuisse Coum memoriae prodidit Strabo, gravissimus auctor, a quo Hippocrates dicitur

1) Differunt libri in hoc vocabulo Graece scribendo, partim φιλητᾶς proponentes, partim φιλήτας, partim φιλίτας, alii etiam aliter depravantes formam sinceram. Apud Athenaeum, qui saepius laudat Philetam, codices optimi plerumque suppeditant φιλίτας, quam lectionem merito Schweighaeuserus ad lib. XI p. 483 A. ex itacismi contagio profectam esse censet; reliqui φιλήτας. φιλίτας legitur etiam in Strabonis XIV p. 657. Codicibus Moscov. et Paris. ap. Parthen. Erot. c. 2. Etym. M. p. 330, 39. Hesych. v. ἄμαλλα ap. Schow. Τὸ παροξύτονον φιλήτας praeter aliquot Athenaei libros plerique et optimi Stobaei Codd. exhibent; deinde reperitur apud Strabon. III p. 168. VIII p. 364. Plutarch. p. 791 E. Antigon. Char. 8. 23. Aelian. V. H. IX, 14. X, 6. Steph. Byz. p. 700 C. (contra p. 340 D. libri parum sibi constantes φιλητᾶς) Eustath. ad Iliad. p. 1235, 38. Od. p. 1885, 51. Tzetz. ad Lycophr. p. 602, 41. 689, 23. Hesych. v. Θέσπαλαι. Koesii Exc. e Cod. Reg. Paris. in Orion. Theb. p. 185. Τὸ περισπώμενον φιλητᾶς apud Theocrit. VII, 40 eiusque Schol. II, 120. VII, 6. 40, ubi tamen alterum scholium ap. Gaisford. habet φιλητὴς. Suid. v. Ζηνόδοτος et Φιλητᾶς. Zonar. Lex. p. 1579. Hesych. v. βαβυκὸς, σκεῖρος, σκύζης (ubi Schow. φίλιτα), ὑπ' αὐγὴν (Schow. φιλιτάς), ὑπίζωσθαι. Porphyr. Quaestt. Hom. c. 8. Tzetz. ad Il. p. 126, 12. Schol. ad Aristoph. Av. 963. Pac. 1071. Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1297. II, 279. IV, 989. 1141. ed. Schaefer.

τῶν ἐνδόξων Κῴων Κῷος ἀνὴρ, καὶ Σῖμος ὁ ἰατρὸς, Φιλητᾶς τε ποιητὴς ἅμα καὶ κριτικός. [2]) Huc referendi sunt etiam Hermesianactis disticha (fragm. 5, 75 sqq.), quibus narratur cives suos Philetae statuam posuisse aeneam:

Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδόν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται,
Κῷοι, χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ,
Βιττίδα μολπάζοντα θοήν, περὶ πάντα Φιλητᾶν
ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.

Levioris momenti sunt ea, quae in Scholiis ad Theocritum (VII, 40) leguntur: Ὁ δὲ Φιλητᾶς, Κῷος τὸ

Alii libri mirabiliter fluctuant: sic in Photii bibl. p. 319, b. ed. Bekker. Cod. A. φιλῆταν (similiter Eudocia Violar. in Villoisoni Anecd. I p. 424 φιλῆτας), B. φιλήταν, ς. φίλητα. Schol. ad Nicandri Ther. 3 p. 44. Goett. φιλιτᾷ, Lorrianus φιλητᾷ pro vulg. φιλητῇ, paullo inferius omnes φιλητὴν, ubi Schneiderus correxit φιλητᾶν. Anthol. Palat. VI, 210. VII, 481 φιλιτᾶ. Ex his undis, nisi certa scriptorum veterum testimonia supersint, hoc unum patuerit effugium, ut formam rariorem φιλητᾶς ab ignaris librariis depravatam esse statuerimus. Sed Veteres ipsos nomen φιλητᾶς enuntiasse περισπωμένως sine ulla ambiguitate tradit Choeroboscus περὶ τῶν ἐν ταῖς πτώσεσι τόνων in Bekkeri Anecd. p. 1222. Τούτων οὕτως ἐχόντων δεῖ γινώσκειν, ὅτι πᾶσα εὐθεῖα εἰς ᾱ λήγουσα καὶ ἀποβολῇ τοῦ ᾱ τὴν γενικὴν ἀποτελοῦσα τὸν αὐτὸν τόνον τηρεῖ καὶ ἐπὶ τῆς γενικῆς, οἷον Φιλητᾶς Φιλητᾶ, Μηνᾶς Μηνᾶ, Μητρᾶς Μητρᾶ, Χρυσοῦς Χρυσοῦ κ. τ. λ. cf. p. 1248. 1250. Alia licet adiungere huiusmodi nomina terminantia in ᾶς, ut Θευδᾶς, Λιχᾶς, Γονατᾶς, Σατανᾶς. Extremis modo, ut dicunt, labiis hanc rem attigit Buttmannus Gramm. Gr. I p. 149. — Ceterum ob scripturae compendium saepius permutantur nomina Φιλητᾶς, Φιλήμων, Φίλων, Φιλέας, Φιλίας, Φιλτέας, quorum posthac singularis fiet mentio. cf. Meinekii praef. ad Menandri Reliqq. p. IX sq.

2) Strabo XIV, 2, 19 p. 657. Accedit Athenaeus compluribus locis, Aelianus V. H. IX, 14. Suidas s. v. aliique scriptores, quos omnes excitare longum est. Propertius et Ovidius *Philetam κατ' ἐξοχὴν* designarunt nomine *Coi poetae*.

INDEX VOCABULORUM.

(Littera *Φ.* significat Philetam, *E.* Hermesianactem, *φ.* Phanoclem, *A.* Antimachum.)

Ἀγακλῆς *A.* 2.
ἀγακλύμενος *A.* 5, 2.
ἀγέραστος *E.* 5, 15.
ἀγκάλη *Φ.* 33.
ἀγροιώτης *Φ.* 9, 1.
ἄγρυπνος *φ.* 1, 5.
ἀγχόθι *Φ.* 22, 1.
ἀέξειν *Φ.* 3, 1.
ἀηδών (Σαπφώ) *E.* 5, 50.
ἀθέμιστος *E.* 5, 9.
αἶπος *Φ.* 23.
αἶσα *E.* 5, 27.
ἄκατος *E.* 5, 4.
ἀλγύνειν *E.* 5, 51.
ἀλιμυρής *φ.* 1, 17.
ἁλιμυρός *A.* 7.
ἄλλαος σκιερόν *φ.* 18.
ἀμέλγειν *Φ.* 35.
* ἀμέριμνος *Φ.* 26, 8. 28, 1.
ἄμμιγα *E.* 5, 53.
ἀμόραι *Φ.* 34.
ἀμπλακίη *φ.* 1, 28.
ἄμφωπις *Φ.* 35.
ἀνάγειν *E.* 5, 1.
ἀνάγκη ἰσχυρά *Φ.* 7, 1.
ἀναδέχεσθαι νόμους *E.* 5, 47.
ἄνανδος *φ.* 1, 19.
ἀνία *Φ.* 8, 3. κουφοτέρη *E.* 5, 92.
ἀντίπαλος *E.* 5, 56.
ἀνύειν ἀτραπόν *Φ.* 5, 2.
ἀοιδιᾶν *E.* 5, 13.
* ἀπάρχεσθαι ὕμνων *E.* 5, 28.
ἀπειθής *E.* 5, 3.
* ἀπιδανός *E.* 5, 96.
ἀποτάσσεσθαι *E.* 5, 88.
ἀποφώλιος *Φ.* 9, 1.
ἀραιός *Φ.* 6, 1.
ἀρετὴ δεινή *E.* 5, 82.
ἄστλιγξ *Φ.* 36.
ἀτραπός *Φ.* 5, 1.
ἀϋτεῖν ἐπὶ μακρόν *E.* 5, 5.
ἀχαιά *Φ.* 37.
Ἄχνη *Φ.* 38.
ἄχος χαλεπός *Φ.* 7, 3.
ἄωτον *Φ.* 39.

Βαβυκάς *Φ.* 40.
βίβλοι λόγων *E.* 5, 25.
βίοτος μαλακός *E.* 5, 14.
βουγενής *Φ.* 17.
Βυρίννη *Φ.* 19.

Γαληναίη *Φ.* 8, 2.
γεγενέανται *Φ.* 65.
γεωμετρίη *E.* 5, 86.
γηρύεσθαι *Φ.* 16, 1.
γλήν *E.* 1.
γυάλος *Φ.* 41.

Δείλαιος Φ. 2, 2.
δεῖμα σκληρόν E. 5, 12.
δεῖνος Φ. 42.
δίμισθαι Φ. 14, 2.
δίρρεσθαι E. 1. φ. 1, 6.
* διαποιπνύειν ὄργια E. 5, 19.
δόνακες μεγάλαι E. 5, 6.
δουρίν E. 5, 54.
δύπτειν A. 7.

Ἔκτοθι A. 1.
ἐκπονεῖν ἀνίας E. 5, 92.
ἕκτοσθεν Φ. 7, 3.
ἐνφορεῖν E. 5, 18.
ἐλινός Φ. 43.
ἑλίκων καμψά E. 5, 86.
ἕμπεδος Φ. 13, 4.
ἐναντίον ἔρχεσθαι Φ. 5, 2.
* ἐνόχλησις Φ. 26, 3.
ἐξαναπείθειν E. 5, 8.
* ἐπίσκοτεῖν Φ. 31.
ἐπιφέρβεσθαι φ. 2, 2.
ἕρκτωρ A. 6.
ἔρι λευκόν Φ. 18.
ἔρως ἄρρην φ. 1, 9. 10.
ἐρυαίεσθαι E. 5, 31.
εὐασμός E. 5, 18.
* εὐδαιμονεῖν Φ. 28, 2.
εὐήκης φ. 1, 8.
εὔχρους A. 5, 1.
εὐωδής Φ. 22, 1.
ἐφομιλεῖν E. 5, 52.

Ἠγάθεος φ. 3, 2.
ἠνίοχος δεινός E. 5, 84.
ἤρανος Χαρίτων E. 5, 16.
—— πάσης ἱστορίης 22.
ἦχος ἡδύς E. 5, 35.

Θαλερός φ. 1, 6.
Θήγεσθαι φ. 1, 8.
Θοοῦσθαι φωτήν E. 5, 11.
Θρεπτήριον A. 4, 1.
Θρηίκιος φ. 1, 1. 12.
Θρήσασθαι Φ. 21.

Ἰάκχα Φ. 45.
Ἰακχαῖος αἰσφανος Φ. 22, 2.
ἴξὺς ἀραιά Φ. 6, 2.
ἴσθμιόν Φ. 46.

Καίεσθαι Ναπνοῦς E. 5, 37.
καπομήχανος φ. 17.
κάπτος ὀξείη Φ. 16, 2.
κάμνεσθαι οἴκους Φ. 7, 3.
καύηξ A. 7.
κεφαλὴ λιγείη φ. 1, 18.
κῆδος E. 5, 82.
κημοῦν E. 5, 38.
κιθαρίζειν E. 5, 7.
κιθαριστὺς ἱμερτή φ. 1, 21.
κλαίειν ἐκ θυμοῦ Φ. 10, 1.
κλαυθμός Φ. 2, 1.
κλήθρη Φ. 9, 2.
* κολλᾶν Φ. 30, 4.
Κολώνη E. 5, 57.
κόμμα μελαγκράνιδν Φ. 6, 2.
κορεσσάμενος κλαυθμοιο Φ. 2, 1.
κόσμος ἑπίων Φ. 9, 3.
κρήιον Φ. 47.
κρόταφοι Φ. 15, 2.
κρύφιος E. 5, 18.
κτερίζειν φ. 1, 18.
κύδοιμος Ἔρωτος E. 5, 83.
κύπελλον Φ. 48.
κύων αἰνότατος E. 5, 10.
Κώκυτος ἀθέμιστος E. 5, 9.
κώμη Ἀσκραίων E. 5, 23.

Λαιψηρός Φ. 12, 2.
λαῦρα E. 5, 65.
λευγαλέος Φ. 6, 1.
λευκόλοφος Φ. 14, 2.

λόγιον κρύφιον E. 5, 18.
λύρη λιγυρή φ. 1, 16.
λωτὸς πολιός E. 5, 37. λωτοῦ ταμίης ib. 70.

Μαίεσθαι E. 5, 80.
μακέλη Φ. 9, 2.
μειδιᾶν ἐπ' ὀφρύσι E. 5, 9.
μελαγκράνιος Φ. 6, 2.
μέλαθρον E. 5, 21.
μελιεδὴς ἄγρυπνος φ. 1, 5.
μέλισσ Φ. 2, 1. 13, 3.
μέλισσα Ἀτθὶς E. 5, 57. μέλισσαι βουγενεῖς Φ. 17.
μελιτώματα Φ. 34.
μελιχρὸς E. 5, 52.
μίνος πυρὸς E. 5, 91.
μῆλα Διωνύσοιο Φ. 15, 2.
μονόζωστος E. 5, 7.
μουσοπόλος E. 5, 28.
μυρίον E. 5, 55.

Νεβρὸς Φ. 16, 1.
νέμειν μοῖραν Φ. 11, 2.
νεωρὴς Φ. 3, 1.
νῆμα ἄλλυτον φ. 2, 1.
νήχυτον ὕδωρ Φ. 24.
νυκτέρινος E. 5, 64.

Ὀδίτης Φ. 5, 2.
οἶμος μύθων παντοίων Φ. 9, 4.
οἰνηρὸς E. 5, 54.
οἰχόμενος E. 5, 5.
ὄμπνιος Φ. 49.
ὄνυξ E. 5, 62.
ὀργείων A. 2.
ὀρειφοίτης φ. 3, 1.
ὅσον ὅσσον Φ. 8, 2.
ὀφιοσὶς A. 8.

Πάντοιος E. 5, 8.
πεῖσα Ἐλευσῖνος E. 5, 17.
πέλλα Φ. 50.
πεντάμετρος μαλακὸς E. 5, 36.
πεποίσανται Φ. 63.
περισφίγγεσθαι E. 5, 81.
πέσσειν ἄλγεα Φ. 1, 1. 8, 1.
πινοῦν Φ. 6, 1.
πλάτανος λασιή Φ. 21.
πλήσσειν. ἐξ ἔρωτος πλῆγες E. 5, 42.
πόθος θηλυτέρων φ. 1, 10.
πολεῖν Φ. 13, 1.
πολιήτης E. 5, 75.
πολύμνηστος E. 5, 17.
πολυπρήων E. 5, 57.
πολυφραδὴς ὕμνων E. 5, 51.
πομπεύειν A. 5, 2.
πραπίδες δείλαιαι Φ. 2, 2.
πρόξ Φ. 51.
προσαυξάνειν Φ. 13, 4.
προσηνὴς Φ. 10, 1.
προχοὴ Φ. 19.
προχύτης Φ. 52.
* πτοιεῖσθαι Φ. 13, 1.

Ῥάριος E. 5, 19.
ῥόθιον γλαυκὸν φ. 1, 14.
ῥύεσθαι E. 5, 6. 78.

Σελάσπετρος Ευρίννη Φ. 19.
σήματα κυάνεα φ. 1, 26.
σκαλλίον Φ. 53.
σκεῖρος Φ. 54.
σκληρὸς E. 5, 12. 79.
σκολιὴ σοφίη E. 5, 80.
* σκύζη Φ. 32.
* σπληνίον ἕλκος Φ. 30, 2.
σπολεύς Φ. 55.
στέλλεσθαι κιθάρην E. 5, 2.
στέργειν ἐκ θυμοῦ φ. 1, 2.
στίζειν ἀλόχους φ. 1, 25. γυναῖκας 27.

συνεξανύειν κώμους E. 5, 38.
σφαίρη βαιή E. 5, 88.

Τάλαρος Φ. 18.
τέμενος λαιψηρῶν ἀνέμων Φ. 12, 2.
τετρήχασιν Φ. 8, 3.
τινάσσειν E. 5, 71.
τρίστοιχοι κεφαλαί E. 5, 12.
τρύχειν φ. 1, 6.
τύμμα Φ. 16, 2.

Ὑγρὸς ἰχθύς Φ. 20.
ὑπεζῶσθαι Φ. 57.
ὑπογλωττὶς Φ. 58.
ὑποδείδιεν Φ. 7, 2.
ὑποθυμὶς Φ. 58.
ὑπομένειν βλέμμα E. 5, 10.

Φάρμακον πενθέων Φ. 1, 2.
φάσγανον εὐῆκες φ. 1, 8.
φελλός E. 8.
φιλαίτατος Φ. 11, 1.
φλέγεσθαι E. 1.
φλεγμονή Φ. 30, 3.
Φόρκος φ. 1, 20.
φορμίζειν πόθον E. 5, 49.
φυρᾶσθαι χαλεποῖσιν Φ. 8, 1.

Χάλκειον θῆκαν E. 5, 76.
χελὺς λιγυρή φ. 1, 19.
χιτὼν λευγαλέος Φ. 6, 1.
χλιαίνειν E. 5, 89.
χορόστασίη τραγική E. 5, 58.
χρᾶν E. 5, 89.

Ψυχὴ βαθείη E. 5, 92.

Ὡραῖα ἔτη Φ. 13, 2.
ὠρυγή E. 5, 72.

INDEX RERUM.

Alcaeus et Anacreon Sapphonis amatores . . pag. 147
Ἀχαιὰ Δημήτηρ . . . . . - 72
Ἄχνη, urbs Macedoniae . . . . . - 72
Apium ex boum visceribus ortus . . . . - 53
Amor auriga . . . . . - 169
Antimachi Lyda . . . . . - 240
Aristippi Laïs . . . . . - 176
Atalantae cursus amatorius . . . . . - 60
Bacchus pomorum inventor . . . . . - 51
— Adonidis amator . . . . . - 205
Bistonides . . . . . - 194
Corollae pomorum . . . . . - 51
Δωτιάς . . . . . - 246
Ephyra . . . . . - 178
Εὐθύεια . . . . . - 251
Euripides μισογύνης . . . . . - 157
Euripides Aeginonis amator . . . . . - 150
Eurypylus . . . . . - 168
Hesiodi Eoea . . . . . - 181
Homerus δαίμων . . . . . - 185
Iasonis et Medeae nuptiae . . . . . - 69
Κάβαρνοι . . . . . - 247
καπρά . . . . . - 67
Laïs ἀπιδανή . . . . . - 177
Mimnermi Nanno . . . . . - 137
Musaei Antiope . . . . . - 257
Nanidis narratiuncula adhibita historiae Romanae adulterandae . . . . . - 184
Oedipus . . . . . - 248
Orpheus puerorum amoris auctor . . . . - 195
Orphei Agriopa . . . . . - 233
— caput sonorum . . . . . - 196
Παίγνια . . . . . - 39
Πειθὼ Χάρις . . . . . - 185
Philoxeni Cyclops . . . . . - 162
Φλιοῦς heros et urbis nomen . . . . . - 49
Φόρκος i. q. Orcus . . . . . - 199
Polymelae Amores . . . . . - 32
Pythagorae Theano . . . . . - 169
Socrates ex Apollinis oraculo summus hominum . - 172
— Aspasiae amator . . . . . - 174
Sophocles Theoridis amator . . . . . - 154
Symphonia in mediis et extremis versibus . . - 27
Thessalae veneficae . . . . . - 74
Thracum mos notas inurendi . . . . . - 200
Tibiae ex hinnulorum ossibus factae . . . - 52

INDEX LOCORUM,
ex quibus fragmenta collecta sunt.

I. *Philetae.*

Antigonus Caryst. H. M. c. 23.
Athenaeus II p. 43 F.
— II p. 71 A.
— III p. 114 E.
— V p. 192 E.
— VII p. 327 C.
— XI p. 467 C. F.
— XI p. 483 A.
— XI p. 495 E.
— XI p. 496 E.
— XI p. 498 A.
— XI p. 783 A. D.
— XIV p. 646 D.
— XV p. 677 C.
— XV p. 678 A. D.
Etymolog. M. p. 330, 39.
— — p. 602, 40.
Eustathius ad Iliad. φ, 252.
— ad Odyss. υ, 106.
Hesychius v. ἄμαλλα.
— βαβυκώς
— Θέσπαλαι
— σκεῖρος
— σκύζης
— ὑπ' αὐνήν
— ὑπεζῶσθαι
Orion Theb. Etym. p. 185.
Parthenius c. 2.
Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1297.
— — — III, 118.
— — — IV, 989.
— — — IV, 1141.
Schol. ad Iliad. β, 269.
— — φ, 126.
— — φ, 179.
Schol. ad Theocrit. II, 120.
— — VII, 6.
— — VII, 151.
Stephanus Byz. p. 340.
— — p. 700.
Stobaei Florileg. LIX, 5.
— — LXVIII, 20.
— — LXXXI, 2.
— — LXXXI, 4.
— — LXXXXVII, 19.
— — CIV, 11.
— — CIV, 12.
— — CIV, 15.
— — CXVIII, 3.
— — CXXIV, 10.
Stobaei Florileg. CXXIV, 11.
— — CXXIV, 26.
— — Append. Vol. IV. p. 31 (389).
— Eclog. Phys. V, 4.
— — Eth. I, 5.
Strabon. III, 5.
— VIII, 5.
Tzetzae Schol. ad Lycophr. Vol. II p. 707.
Zonarae Lex. p. 1579.

II. *Hermesianactis.*

Antonin. Lib. Met. 39.
Athenaeus XIII p. 597 sqq.
Herodian. περὶ μον. λέξεως p. 16.
Parthenius c. 5. 22.
Pausanias VII, 17, 5.
— VII, 18, 1.
— VIII, 12, 1.
— IX, 35, 1.
Schol. ad Theocrit. VIII, 55.
— Argum. ad Theocrit. IX.

III. *Phanoclis.*

Clemens Alexandr. Strom. VI. p. 750.
— — Protrept. p. 32.
Lactantii Argum. IV ad Ovidii Metam. lib. II.
Plutarch. Symp. IV, 5, 3.
Stobaei Florileg. LXIV, 14.

IV. *Antimachi.*

Arati Vita Vol. II p. 441 ed. Buhl.
Athen. XI, 38.
Bekkeri Anecd. Gr. p. 261. 1187. 1223. 1386. 1416. 1422. 1393.
Draco Strat. p. 33.
Etymolog. M. p. 375, 40.
Herodian. περὶ μον. λέξεως p. 4. 32. 36.
Photii Lex. p. 334.
Schol. ad Eurip. Phoen. 44.
— Aristoph. Plut. 718.
— Apollon. Rhod. I, 211.
— — I, 1008.
— — I, 1290.
— — II, 178. 296. 297.
— — III, 409.
— — IV, 156. 259. 1153.
— ad Iliad. ζ, 200.

Einige

Verlagsbücher

der Buchhändler

C. A. Schwetschke und Sohn

und der

Gebauerschen Buchhandlung

zu Halle.

Aeschinis et Demosthenis orationes de corona ex recognitione Im. Bekkeri, accedunt Scholia partim inedita. 8 mai. 815. Druckp. 1 thlr. 12 gr. Schreibp. 1 thlr. 20 gr. Engl. Pap. 2 thlr. 12 gr. Velin 2 thlr. 21 gr.

Aeschyli tragoediae, quae supersunt ac deperditarum fragmenta. Recensuit et commentario illustravit Chr. Godofr. Schütz. V Voll. 8 mai. 1799—1822.

Druckpapier 10 thlr. 12 gr.
charta script. 11 thlr. 18 gr.

Vol. I. Prometheus vinctus et Septem adversus Thebas. Edit. II. 1799. Druckpapier 2 thlr. 6 gr. charta script. 2 thlr. 18 gr.

Vol. II. Persae et Agamemnon. Edit. II. 1801. Druckpapier 2 thlr. 6 gr. charta script. 2 thlr. 18 gr.

Vol. III. Choëphorae, Eumenides, Supplices. Edit. II. 1797. Druckpapier 2 thlr. 6 gr. charta script. 2 thlr. 18 gr.

Vol. IV. Scholia 1820. Druckpapier 2 thlr. 6 gr. charta script. 2 thlr. 18 gr.

Vol. V. Fragmenta. 1822. Druckpapier 1 thlr. 12 gr. charta script. 2 thlr.

Aeschyli tragoediae septem. Denuo recensuit et versionem latinam adiecit Chr. God. Schütz. II Voll. 8 mai. 1800.

3 thlr. 6 gr.

Vol. I. Prometh. vinctus, Sept. adv. Th., Persae, Supplices. 1 thlr. 15 gr.

Vol. II. Agam., Choëph., Eumenid. 1 thlr. 15 gr

Diodori, Siculi, Bibliothecae histor. libri qui supersunt ac deperditor. fragmenta, edid. H. C. A. Eichstädt, Vol. I. 8 mai. 800. 2 thlr. 16 gr.
charta script. 3 thlr. 8 gr.
— — Voll. II. 8 mai. 802. 3 thlr. charta script. 4 thlr.

Ciceronis, M. Tullii, epistolae ad Attic. ad Quint. fratr. et quae vulgo ad famil. dicuntur, temporis ord. dispositae, recens. selectisq. sup. interpret. suisq. annotat. illustr. C. G. Schütz. 6 Tomi. 8 mai. 809—813. 8 thlr. 8 gr. Schrbp. 12 thlr. Engl. Pap. 14 thlr. Velin 18 thlr.

Einzeln auf Druckpapier:

Tom. I. 809. 1 thlr. 8 gr. — Tom. II. 809. 1 thlr. 8 gr. — III. 810. 1 thlr. 8 gr. — Tom. IV. 811. 1 thlr. 12 gr. — V. 812. 1 thlr. 8 gr. — Tom. VI. 813. 1 thlr. 12 gr.

Ernesti, I. M., Clavis Horatiana brevior; opusculum novum rei scholast. accommodat. 8 mai. 819. 1 thlr. 12 gr.

— Onomasticum poetar. inprimis Q. Horatii Fl. illustrat., seu interpretes rer. ad mytholog. geograph. histor. pertinent. 8 mai. 819. 14 gr.

— Parerga Horatiana. 8 mai. 819. 12 gr.

Herodoti Halic. historiar. libr. quae enarrat. pugnar. inter Graecos et Persas complect. cum summar. animadvers. superior. interpret. excerptis atque suis et indicib. novis edid. Dav. Schulz, II Voll. 8 mai. 809. Druckp. 4 thlr. Velinp. 7 thlr.

— idem liber in usum Schol. 8 mai. 809. 1 thlr. 12 gr.

Hymni Homerici cum reliquis carminibus minoribus, Homeri tribui solitis et Batrachomyomachia, addita est Demetr. Zeni versio Batrachomyomach. et Theod. Prodromi Galeomyom. textum recens. et animadvers. critic. illustr. Car. Dav. Ilgen. 8 mai. 796. 2 thlr. 8 gr.
charta script. 2 thlr. 16 gr.

Isocratis Opera quae exstant omnia ad optim. exempl. fidem emend. variet. lect. animadv. criticis summario et indice instruxit W. Lange. 8 mai. 803. 4 thlr. — charta script. 5 thlr. 8 gr.

[redacted]

28

Bbk

k shor
on o

[redacted]